DE

PAULO THOMA ENGOLISMENSI

EJUSQUE

LUTETIADOS

LIBRIS QUINQUE

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

PROPONEBAT

E. LAFFAY

IN SCHOLA TOLOSANA A. S. THOMA DICTA OLIM AUDITOR

PARISIIS

APUD BLOUD ET BARRAL, 4, RUE MADAME

MDCCCXCVIII

DE

PAULO THOMA ENGOLISMENSI

EJUSQUE

LUTETIADOS

LIBRIS QUINQUE

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

PROPONEBAT

E. LAFFAY

IN SCHOLA TOLOSANA A. S. THOMA DICTA OLIM AUDITOR

PARISIIS

APUD BLOUD ET BARRAL, 4, RUE MADAME

MDCCCXCVIII

OPTIMO ORNATISSIMOQUE MAGISTRO

PETRO ROUSSELOT

In normali quæ dicitur Carmelitarum schola professori

hoc opusculum gratissimus dicabam

E. L.

PROŒMIUM

Distinguuntur Thomasii

Tres fuerunt Thomasii scriptores ejusdem familiæ, omnes Pauli, omnes Engolismenses. Quorum parentes non suspicabantur quot labores iis pararent quibus eorum genealogiæ perquirendæ essent : in qualibet enim stirpe hujus gentis nomen Paulus pluries invenitur, seu parentes id magni pendebant, seu vi ingenii carebant aliud excogitandi. Tot Paulorum ætates quis possit e tabulis publicis absque errandi metu statuere? Has tabulas (1) sæpe versavimus, sed sine magno profectu. Contigit vero nobis incidere in Alicem Thomam quamdam quæ, e nostrorum stirpe oriunda, anno 1835 nata (2) et urbis

(1) Istarum evolvendarum facultatem nobis benigne fecerunt D. de Fleury, urbis Engolismensis bibliothecarius et D. Biais, ejusdem urbis Chartuarius.

(2) Ejus pater Johannes-Paulus-Thomas La Croisade, doctor medicus († 1861), auctor fuit genealogiarum, adjùvante D. Castaigne, urbis Engolismensis bibliothecario. Vetus Tabula familiæ amissa fuerat, ut narrat Henricia-Elisabeth, vidua Petri Thomæ de La Croisade, procuratoris regii in insula Sancto-Martino (Antilles), quæ circa 1825 obiit : « Mon père, en quittant la France, en 1785, emporta avec lui aux colo- « nies l'ancien arbre généalogique de la famille Thomas ; il était sur une très grande « feuille de parchemin. D'après les souvenirs de ma mère, le premier Thomas de « cet arbre généalogique avait été à la Terre sainte, à une époque très reculée. Ce « parchemin fut malheureusement perdu dans l'ouragan du 23 septembre 1819, avec « les autres papiers de mon père. Cet ouragan de 1819 avait désolé toutes les îles, « et principalement l'île de Saint-Martin ; car presque toutes les maisons furent « détruites. Mon père pleura beaucoup la perte de ce parchemin. » (E libro familiæ.

Engolismensis nunc incola, nobis de Thomasiis quærentibus librum familiæ et genealogias benigne obtulit, e quibus inconcussa documenta desumpsimus.

Paulus THOMAS senior (1) (1565-1636), causarum patronus et consiliarius regius in curia Engolismensi, auctor fuit Lutetiados et nonnullorum aliorum carminum, quæ pluries edita sunt (2).

Paulus THOMAS minor, senioris nepos (filius fratris), « Seigneur de Saint-Simon et des Maisonnettes », consiliarius regius in curia Engolismensi, urbis major et dux annis 1632, 1633, 1634, scripsit epos *Rupellaida* (3),

(1) Liceat stemma proponere.

Martial THOMAS † 1590.
Margarita BODINEAU.

Johannes THOMAS — Margarita CLÉMENT | Paulus THOMAS senior, scriptor *Lutetiados*.

Paulus THOMAS minor, scriptor *Rupellaidos*, major urbis Engolismæ — Maria GIRAUD

Paulus THOMAS tertius, « sieur de Girac » et amicus Balzacii.

(2) 1. Pauli THOMÆ Engolismensis *poemata*. 1593. in-12°.
2. Pauli THOMÆ Engolismensis *poemata*, partim primum partim olim edita. Parisiis, apud Claudium Morellum, via Jacobæa, ad insigne Fontis. 1617. in-8°.
3. Pauli THOMÆ Engolismensis *poemata*, ab authore aucta et recognita ; secunda editio. Parisiis, apud C. Morellum, via Jacobæa, ad insigne Fontis. 1627. in-8°.
4. *Le triomphe de la Justice*, au Roy, sur la réduction de la ville de La Rochelle, par Paul Thomas, angoumoisin. Angoulême, chez le Paige, imprimeur du Roy et de la ville, 1628.
5. Pauli THOMÆ Engolismensis *poemata* ; editio tertia. Engolismæ, apud Rezé, regis et urbis typographum, 1640, in-8°.
Rara sunt hæc carmina : n° 1 in «Bibliothèque Mazarine » tantum invenimus ; n° 2, quod possidemus, invenitur etiam in « Bibliothèque Nationale » et in « Bibliothèque de la Sorbonne » ; n° 3, in « Bibliothèque Mazarine » et in « Bibliothèque de la Sorbonne » ; n° 4, in « Bibliothèque Nationale » ; n° 5, in bibliotheca urbis Engolismensis et in bibliothecis urbis et Academiæ Pictavensis.

(3) Pauli THOMÆ Engolismensis *Rupellaidos, sive de rebus gestis Ludovici XIII Franciæ et Navarræ Regis invictissimi libri VI.* Parisiis, apud Claudium MORELLUM, via Jacobæa, ad insigne fontis. 1630, in-8°.

Sacra poemata (1) et *Gallia Lusitaniæ liberæ S.* (2). Vir erat eruditissimus, qui præter latinum et græcum sermonem hebraïcum et chaldaïcum percallebat (3). Laudatur a Balzacio, in epistola latina ad Carolum Beruilium : « Quanti oris, inquit, et quanti spiritus poeta sit « Paulus ille Thomas, civis meus, non est cur pluribus « exemplis apud te probare debeam. Ipse legendo peri- « culum facies, parcamque labori non necessario, uno « hoc contentus loco eximii operis, ubi de Expeditione « Retensi agens, tres illos celebrat

Qui vitæ immemores, actique in postera sæcla
Æternæ laudis stimulis, per cærula nando
Ire petunt, Regique Arcis memorare labores... »

(RUPELLAIDOS lib. IV.).

Pauli THOMÆ 1616-1663 (sieur de Girac et des Maisonnettes), equitis et regii in curia Engolismensi consiliarii nomen jurgio celebratum est, quod post mortem Victurii, incitante quidem Balzacio quo valde familiariter utebatur, cum Costare habuit (4). Ad suam et Balzacii defensionem multa scripsit opera quæ suo tempore nomen habue-

(1) Pauli THOMÆ Engolismensis *Sacra poemata.* Engolismæ, 1633, in-4°.

(2) *Gallia Lusitaniæ Liberæ S.* Engolismæ apud Viduam Claudii Rezé, Regis et urbis Typographi, 1641, in-4°. — In fine carminis legitur: Alvaro PIMENTÆ SCALABITANO rescribebat, Paulus THOMAS Engolismensis. Hac ficta epistola distichis conscripta inducit Galliam Lusitaniæ recentem libertatem gratulantem et fœdus et amicitiam spondentem.

(3) « Paulus THOMAS, JOHANNIS filius, vir hebraice doctissimus, claruit apud Engolismenses A. 1648. Extant poemata quædam ab eo edita, quæ legere aliquando volupe fuit. Ejus in hebraicis peritiam notat Jarrigius in libro supra citato, his verbis : « L'hébreu est un langage estranger et barbare au P. Beaufé, car, à n'en point « mentir, il n'en cognoist ny les poincts ny les lettres, et ne scay s'il sçait tourner « la Bible du bon costé. Ayant reçu l'an passé d'un de nos ministres une lettre en « hébreu, il courut de Ruffec à Angoulème toute la nuit pour en avoir l'interpréta- « tion et la réponse de M. Thomas de Maisonnette, homme savant et qui a une « parfaite cognoissance de cette langue. » Colomiès : *Gallia orientalis ;* La Haye, 1665. — Cf. Bayle : *Dictionnaire*, art. Thomas.

(4) BAYLE : *Dictionnaire*, Cf. Sainte-Beuve, *Causeries du lundi*, t. XII, p. 210 à 230 : Une petite guerre sur la tombe de Voiture ; Moreri, *Dictionnaire*.

runt(1). Vir fuit eruditus et laudatus etiam a Balzacio : « Ha-
« beo jam certe, inquit Balzacius, quicum non solum suavis-
« simo sermone horas consumo, sed etiam a quo recedo
« semper melior et doctior, Paulum Thomam a Giraco, pa-
« terna virtute, sua virtute clarissimum, rerum divinarum
« et humanarum cognitione instructum, a prima adoles-
« centia litteris latinis, græcis et hebraicis, supra quam
« credibile est, ornatum, omnibus denique naturæ et artis
« præsidiis ad dicendum, ad scribendum paratum. Quid
« plura ? Testem mei de illo judicii Gallicam ad eun-
« dem Epistolam, quæ cum reliquis meis propediem
« edetur, huic subjungere visum est. » (*Epistolæ selectæ*, a Monagio editæ, editio secunda, p. 194.)

Nobilitate insignitos fuisse Thomasios constat e libro familiæ, in quo legimus : « La date de la confirmation des armoiries de la famille Thomas est du 17 janvier 1667, faite à Limoges devant Mgr l'intendant d'Aguesseau, chevalier, conseiller du roi, maître des requêtes ordinaires de son hôtel, président au grand Conseil, commissaire départi par sa Majesté pour l'exécution de ses ordres, dans la généralité de Limoges. Armoiries de la famille Thomas : d'or, à un cœur de gueules, surmonté d'une étoile d'azur et reposant sur une croix de même, avec la devise « *Sic itur ad astra* » (2). Procul dubio obtinebant

(1) 1° Pauli Thomæ a Giraco epistola ad Ludovicum Balzacium. — 2° Réponse du sieur de Girac à la défense des œuvres de M. Voiture, faite par M. Costar. — 3° Réplique de M. Girac à M. Costar, où sont examinées les bévues et les invectives du livre intitulé : *Suite de la Défense de M. de Voiture.*

(2) Vide : *Armorial de France*, généralité de Limoges, et *Annales manuscrites de la ville de Limoges*, par M. Desbrandes, ancien maître ès-arts (Angoulême 1782), ubi legimus : « L'an 1632, Paul Thomas, conseiller du roi, écuyer, fut maire. Cette « année furent faites les fausses-brayes et les nouvelles fortifications devant la « demi-lune et éperons de Saint-Martial. Ce maire fit réparer la Porte du Palet et « relever une grande brèche entre ladite porte et la citadelle, *et y fit mettre ses armes.* » — « Les armes furent effacées dans la Révolution » : sic notatur in libro familiæ.

Thomasii hanc nobilitatem a P. Thoma, scriptore Rupellaidos, qui fuit major urbis Engolismensis. « La ville « jouissait du privilège de ne pas recevoir de garnison. « Elle était gardée par ses habitants. Le maire, *que cette « charge anoblissait*, y était le capitaine de la milice » (1).

Perjucundum esset novisse qua diligentia et sollertia litteræ latinæ in hac gente cultæ fuerint ; hoc aliquando si tempus viresque sinunt indagandum animo proponimus. Nunc vero cum Paulo Thoma seniore tantum res nobis erit. De eo prodiderunt æquales prope nihil ; sed cum soleat poetæ vita in ejus carminibus describi, ibi multa de ipsius indole et moribus inquiremus, priusquam ad Lutetiada deveniamus.

(1) Victor Bujeaud : *Chronique protestante de l'Angoumois*, Paris, 1860, p. 22.

CAPUT PRIMUM

DE PAULI THOMÆ MAJORIS VITA

Paulus THOMAS major Jarnacii (1) natus est anno 1565 honesto loco, patre Martiale Thoma et matre Margarita Bodineau (2). Eum mature Engolismam venisse prima elementa ediscendi causa colligere est ex ejusdem carminibus. Nescimus vero utrum collegium, quod tunc ibi florebat (3), petierit, an apud privatum magistrum, ut forte Hilaretum, quem columen suum vocat (4), studuerit. Fieri omnino potest ut Hilareto, cum in collegio litteris indulgeret, duce et moderatore usus fuerit.

In hac urbe dissidiis civilibus adfuit, incendia et direptiones vidit quas protestantes modo instaurarant, templum episcopale spoliatum et dirutum (5). Hæc spectacula in ejus memoria ita impressa remanserunt, ut carmina scribens sæpius in hæc redeat (6), quasi nunquam satis se dixisse putet, quo vulnere tanta ~~ejus~~ animum mala affe-

(1) Liber genealogiæ. Cf. Carmen : *Ad Jarnacium, oppidum agri Engolismensis in quo natus est author*, p. 230. Monemus lectorem nos Thomam appellare ex editione quam possidemus, id est anni 1617.

(2) Tabelliones Engolismenses : E, 1292.

(3) Lièvre : *Angoulême, histoire, institutions, monuments.* Angoulême 1885.

(4) *In- abitum Mauricii Hilareti, Doctoris Theologi Engolismæ lacrimæ*, p. 143.

(5) Chaumet : *Les protestants et la cathédrale d'Angoulême*, Angoulême 1869.

(6) Confer *Lutetiada*, passim ; *Deploratio bellorum civilium Galliæ*, p. 137, *Tovera*, p. 125, *Damœtas*, p. 193.

cerint. Adulescens factus et latino græcoque sermone aliquantulum tinctus, septem totos annos patria absens fuit, ut musis Parisiis et Themidi Pictaviis animum intenderet. Scriptum reliquit quantum sibi hæ duæ urbes placuerint. Lutetiam pulcherrimam urbium ab ultimis Indis usque Gades nominat, quam musæ a Turcis depulsæ Parnasso relicto sedem elegerint. Dolet hanc oblitam fuisse « in tantam exiisse molem non armis sed studiis bonisque longæ pacis ».

Me certe pia cura, amorque pro te
Habet sollicitum, meam benigno
Ut quæ foveris in sinu juventam,
Formarisque animum artibus tenellum
Et Graio et Latio lepore tingens.
O altrix mea, dulciorque sedes,
Natali prope præferenda terræ
Quam tuo doleo dolore ; quamque
Damnis illacrimoque et ingemisco.
Heu quantum metuo (metus sit ille
Inanis rogo) ne premente tristi
Fatorum invidia, Deumque, tandem
Eruaris ocelle Galliarum.
Nil firmum usque adeo potensque, quod Mars
Dira non quatiat cruentus hasta.
Torrentis rapidi in modum, vel acti
Cœlo turbinis ille cuncta vertit (2).

Quanto studio litteras didicerit, quam frequenti haustu Castalias aquas biberit, ex variis carminum locis conjicere est, quibus vel Musas laudat, vel illarum amorem aliis injicere tentat. Quin persuasum habebat se natum esse poetam, quod quidem, etsi poeticum non necessario declarat ingenium, ad studium saltem poesis mentem excitat.

(1) Vide carmina : *Ad patriam et amicos*, p. 144 ; *Ad urbem Lutetiam*, p. 169 ; *In discessum suum ab urbe Pictavensi*, p. 188.

(2) *Ad urbem Lutetiam*, p. 169.

De matre lapsum me sibi Delius
Humore puro Castaliæ irrigans
Artus pusillos, consecravit :
Dein gelidis docuit sub antris.
Me sæpe lauri frondibus obsitum
Mirata nutrix, sæpe hederam meis
Errare cunis hinc et inde
Prodigio stupefacta vidit (1).

Pictaviis studentem credibile est antra Musarum tantum coluisse quam legum codices. Sodali et amico Abellio Sammarthano, hujus Sammarthani filio qui scriptor fuit Galliæ Christianæ, nugas carminum suorum credebat. Quæ nugæ si forte ut res magni momenti sæpius ab his habitæ sint, quis miretur ? Abellius ipse Musas amabat et carmina nonnulla conscripsit (2). In poesi sicut in multis aliis rebus tam bene conveniebant ambo ut ægre discessum tulerint.

Perdoctus, lepidus, vetus sodàlis,
Clari clara patris propago Abellus(3)
Sammarthanus : eum meo movere
Amplexu nequeo, is suo nequit me,
Me migrare piget, sibi ille vitam
Jucundam negat absque me futuram (4).

Non modo amicum discedens desiderat, sed urbem etiam Pictavensem, quæ nonnullas amænitates studioso juveni obtulerat : ejus imaginem memori mente retinebit.

Pictavium Phœbo Themidique urbs sacra valeto,
Pictonici fontes, præruptaque saxa, valete,
Tuque meis toties exercita vocibus Echo,
Et vos irrigua Crotallæ in valle jacentes.

(1) *Ad Andræam Nesmondum in Senatu Budigal. Præsidem*, p. 162.

(2) Opem dedit conficiendæ Galliæ Christianæ. Ejus carmina cum patris carminibus edita fuerunt : *Sammarthani opera latina et gallica*, Parisiis, 1633. Scripsit insuper *Opuscula varia*. Pictaviis, 1645.

(3) Thomas scribit modo *Abellius* modo *Abellus*.

(4) *Ad Abellium Sammarthanum Scævolæ filium*, p. 239.

Non vestris posthac lætus spatiabor in umbris,
Non liquidis immergar aquis, non stratus in antro
Dulcia muscosi captabo frigora saxi,
Acrior arentes cum Cynthius uret aristas (1).

Sed multum abest ut præ Sequanæ aut Clini (2) ripis patriæ suæ Engolismæ et Carentæ fluvii oblitus sit. Ut Ulysses qui immortale ævum neglexit ut patriam parvam saxosaque rura videret, sic ipsum nulla tellus tantis « deliciis lactat », ut patriæ fastidia moveat : ubi in auras eductus, ibi vivere et mori vult (3). Quanto animi gaudio ad lares et amicos reverterit videre est ex sequentibus versibus :

Salve patria, mi Carenta salve !
Dives nobilium parens aquarum ;
Salvete o veteres mei sodales,
Et vos quotquot adestis hic amici.
An nostri memores adhuc manetis ?
An nos diligitis ? juvatne vestrum
Septem post hyemes videre Thomam ?
An nos arguitisque, dicitisque
A vobis nimium diu abfuisse ?
Parce patria, mi Carenta parce !
Parcite o veteres mei sodales,
Et vos quotquot adestis hic amici.
Me virtutis amor, scientiæque,
Fecit finibus exulare vestris.
Lapsi at crimina temporis rependam ;
Namque hinc nunquam abero diem vel unum
Posthac sedibus abditus paternis.
Nobis viximus hactenus, juvatque
Vitæ quod superest dicare vobis (4).

Quid agat Engolismæ nisi artes tractet quas cum ad utilitatem tum ad ornamentum vitæ didicerat : causarum patronus fuit atque poeta. Sed procul dubio est eum ma-

(1) *In discessum ab urbe Pictavensi,* p. 188.
(2) Pictavios Clinus irrigat.
(3) Ibidem.
(4) *Ad Patriam et amicos,* p. 244.

gis Musas quam judicum tribunalia frequentasse. Flacco enim amico culpanti quod « carmina scribat nec fora patronus colat », respondet se corpore parum sano esse nec posse nisi summo labore jura revolvere.

Audio consilium chari haud invitus amici,
  Naturæ at retrahor conditione meæ.
Pacificus nequeo rixas perferre forenses,
  Nec rigidi liber judicis imperium.
Me pudor ingenuus prohibet clamare, nec inter
  Stentoras innumeros res mihi tuta foret(1).

Credibile est eum habuisse aliunde satis opum ut viveret, qui a patre multas possessiones hereditate accepisset. Fortunæ tamen bonis non movebatur, uno hoc contentus, si vitam tranquillam et omnis perturbationis expertem degeret. Mortuo enim patre (1590) fundi partem quod ei hereditate venerat fratri Johanni in eadem urbe consiliario regio vendidit (2) ut, negotiali cura remota, Musis sibique perfectius viveret. Quin pacto pretio cibaria habitationemque apud fratrem habuit (3). Nunquam uxorem duxit, sed hanc cælibem vitam degit quæ tam suavis fuit Horatio. Immo vero conjugia per modum joci insectans dicit reum mortis juvenem, « si qua ei nubere velit, » libertate donandum esse,

Scilicet ut gravius plectatur ; nempe quod uxor
  Sit laqueo laqueus, sit cruce crux gravior (4).

Suspicari tamen licet eum aliquando de conjugio cogitasse, nam docet nos qualem ipse sibi optasset uxorem(5).

(1) *Ad Flaccum*, p. 255.
(2) Jean Mousnier, tabellio Engolismensis : E, 1358, 9 février 1594.
(3) Jean Mousnier, tabellio Engolismensis : E, 1308, 14 mai 1595.
(4) *In conjugia*, p. 241.
(5) *Votum de uxore ducenda*, ad S. Præveradum, causarum patronum, p. 236.

Has forte perfectæ uxoris dotes in quadam Margarita nactus erat, in quam elegias tredecim scripsit (1) ; quod saltem credidit ejus amicus Abellius, nam acceptis a Thoma elegiis, amico exoptat ut suam tandem Margaritam ducat (2). Utinam duxisset ! non tantum de quadam Neæra amica cogitasset quæ nihil frugi erat. Huic non minus quam quatuordecim carmina dicavit : modo sibi surripitur roseo virginis vultu (3) et membra colliquescunt (4) ; modo tenebras oculis suis precatur perpetuas, ne amplius formosæ visu puellæ turbetur (5) ; nunc Carentonum amnem miserans, quod solis ardore decoquatur, monet ut oculos suæ dominæ vitet, qui multo magis urant quam sol (6) ; nunc Cupidini de amissis telis flenti suadet ut illius subeat ocellos, ubi neque tela neque faces defutura sint (7) ; modo dicit eam liliorum rosarumque coloribus decorari, dubiumque esse utrum hos colores floribus surripiat an ei flores (8) ; interdum eam interrogat unde ei tot gemmæ veniant : non ab Indis, inquit, sed ex lacrimis induratis informari quas amantes ejus desiderio profundant (9). Hujus Neæræ catellum, passerem et velum celebravit. Num ista abjecerit « sævitiam nymphis Gallicis insuetam », nescimus nec excutere desideramus. Credere malumus eam poetæ carmina gratis

(1) Vide editionem anni 1593, 1627 et 1640.

(2) *Sammarthani opera latina et gallica*, Parisiis 1633 : *In Elegias Pauli Thomæ Engolismensis.*

(3) *Ad amicam*, p. 152.

(4) *De vehementia sui amoris*, p. 249.

(5) *In oculos suos*, p. 224.

(6) *Ad Carentonum amnem*, p. 238.

(7) *De Neæra et Cupidine*, p. 241.

(8) *Ad Neæram*, p. 251.

(9) *In gemmas Neæræ*, p. 228.

accepisse. Quis denique affirmare possit illam latini sermonis tam peritam fuisse ut amici versus legeret ? Magna saltem ex parte hi versus non nisi joci erant.

Thomas amicos suos ex carminibus cognitos facit. Sæpius occurrit nomen cujusdam Nesmondi in Senatu Burdigalensi præsidis qui natus Engolismæ Themidis Pieridumque decus erat (1). Cujus tamen familiaritas quadam condita erat reverentia. Huic dicat sua epigrammata, quippe cujus sub nomine Thalia non metuat feros morsus (2). Amico expectanti partum uxoris aperit quid de puerorum educatione sentiat (3).

Hilareti doctoris theologi Engolismensis Aureliæ defuncti mortem ægerrime tulit : hunc virum columen decusque suum dicit omnesque Aurelios ut pium parentem ingemere. Ligeri mandat ut dicat Oceano et ille cunctis gentibus tantum lumen occidisse.

Dic patri Oceano, ille porro cunctis
Dicat gentibus, occidisse nostrum
Illum Mauricium universus ut quem
Late noverat, et stupebat orbis,
Universus item gemat periisse (4).

Inter amicos numerat poetas nonnullos, ut Callistum quem par ætas primulis ab annis sibi sociaverit, quem simul Hyanteis aquis Phœbus rigaverit dederitque « blan-

(1) *Ad Andræam Nesmondum Senatus Burdigalensis Principem*, p, 279.

(2) *Ad Andræam Nesmondum in Senatu Burdigalensi Præsidem*, p. 223.

(3) Puerum deterret a gloria armorum, hinnitu equorum et quidquid periculi speciem habet ; sed vult latinum græcumque sermonem primum ediscere, nec non fides lyræ contendere. Adolescentem jubet facta dictaque vivorum mente recondere, dein qua arte mores, domus resque publica regatur, qua mole et quibus elementis mundus constituatur, siderumque varios cursus cognoscere ; viro facto nihil commodius ducit quam legum studium, cujus ope summos magistratus, ingressum Aulæ principum et legati munera affectare licebit. (*Genethliacon*, ad Andræam Nesmondum, p. 196). C. f. *De educatione liberorum ex Platone*, ad Janum fratrem caus. patr. p. 246.

(4) *In obitum Mauricii Hilareti doctoris theologi Engolismæ lacrimæ*, p. 143.

dos cantus seu voce seu chely fundere (1)» ; ut Janum Pelterium, quo melius nemo grande aliquid sublimi ore resonare posset (2) ; ut Fossæum, causarum patronum, quem sic ad versus componendos hortatur :

> Eia, age ! sume fidem, plectrum cape, percute chordas,
> Longaque pro longa carmina solve mora (3) ;

ut Stivalæum senatorem Burdegalensem, Eliam Lesnæum, proprætorem Engolismensem, Gandilaldum in curia Engolismensi consiliarium regium, Scævolam et Abellium Sammarthanum, Rapinum et alios multos parvi nominis, quos singulos enumerare inutile est. Inter tot poetas se non ultimum locum obtinere persuasum habebat. Recensitis enim magnis vatibus quibus Gallia superbiebat, ut Ausonio, Scaligero, Ronsardo, de seipso dicit :

> Et si quid de me fas est spondere ; pudori
> Engolisma tibi non ego forsan ero (4).

Attenuata tamen voce interdum de se loquitur, quando videlicet Sammarthanum celebrat qui tum lumen erat litterarum .

> Annuunt Musæ tibi quidquid optas
> Grande quantumvis ; ego duriores
> Has colens campo breviore curro,
> Atque tumentes
> Adriæ fluctus metuens quietæ
> Parvulam committo ratem paludi,
> Paucaque in ripis vitrei Carentæ
> Carmina fingo (5).

(1) *Ad Callistum*, p. 151.
(2) *De Jano Pelterio*, p. 252.
(3) *Ad Fossæum causarum patronum*, p. 243.
(4) *De diversis Galliæ poetis*, p. 239.
(5) *Ad Scævolam Sammarthanum*, p. 186.

Duobus Engolismensibus episcopis Antonio Rupifulcadio et Carolo Bonio quadam videtur fuisse conjunctus necessitudine. Illum monet, cum Sequanicas ripas linqueret ut sibi creditum ovile peteret, Engolismensem humum fertilem quidem esse, sed mistas utilibus mortiferas scatere herbas, lupis rura fremere, scabie horrida multas confici oves (1); hunc laudat, quod sit præsul integer : ut rupem inconcussam inter sæculi contagia virtutis tramite hærere, non avarum, non aucupio venatuque vitam transigere, sed diligentem, liberum vitio, sceleris purum, custodem honesti esse.

Aurum vetustum moribus aureis
Reducis orbi ? sunt tibi candidæ
Sancti recessus mentis, hospes
Quos Deus incoluisse gaudet (2).

Noster, ut diximus, apud fratrem Johannem, domum et mensam habebat. Cum progenie careret, utpote non matrimonio junctus, fratris filios Paulum et Clementem paterno affectu fovit. Eos prima latini græcique sermonis docuit elementa. Cum ambo adulescentes Lutetiæ studiorum causa degerent, moderatoris quoque vices gessit. In carmine ad ipsos monet quale iter ad Helicona ducat, arduum scilicet et « dumis ~~connexum~~ obsitum »; multos ex his, qui hunc montem superare tendant, anhelantes et spinis corpora sectos, ubi collem aliquem insederint, gradum sistere hactenus subiisse contentos ; alios specie locorum lusos persuasum habere se jam Phœbi sedem penetrasse, cum nihil fere supersit viæ usque ad montis fastigium ; paucos

(1) *Ad Antonium Rupifulcadium Episcopum Engolismensem*, p. 206.
(2) *Ad Carolum Bonium, Episcopum Engolismensem*, p. 149.

admodum « e meliore luto » non prius absistere quam scopulos et summa cacumina attigerint. Docet deinde quomodo instituendus sit Musarum cultus, quid et quo ordine ediscendum, sed ante omnia qua Deus sit colendus pietate :

Præcipuus pietatis honos, et maxima vobis
Cura sit æternum precibus placare Tonantem ;
Mane illi meritas et vespere dicite laudes (1).

Accepto ab his carmine gaudio exsultat et sese hortulano comparat qui expectatos fructus decerpens laboris pretio fruitur.

Sic ubi vos firmo vix dum vestigia gressu
   Figentes Phœbi primus in antra tuli ;
Et Latios titubante sonos effingere lingua
   Insuevi, et rudibus nectere verba modis ;
Et cytharam collo suspendi, et sæpe molestum
   Stridorem, ruptas increpuique fides ;
Nunc operæ pretium est tale exaudire canentes
   Carmen, quale sacra fundit Apollo lyra :
Aonio nunc flore juvat gestare corollam,
   Quam vestræ insignem composuere manus (2).

Quid mirum si nepotes hoc laudis incitamento poetæ evaserint (3) ? Amans ille patruus mittit olim musam suam Lutetiam, quæ nepotes in juvenum turba detegat et pignus amoris deferat.

Hos inter volo par statim requiras
Fratrum nobile, cognitumque Phœbo
Nomen Thomasios, et osculorum
Multa millia dividens utrique (4)...

(1) *Ad Paulum et Clementem Thomasios authoris ex Joanne fratre nepotes*, p. 215.

(2) *Ad eosdem accepto ab iis carmine*, p. 219.

(3) Paulus fuit auctor *Rupellaidos* ; Clemens sacerdos factus est ; vide *ad P. Thomam nepotem ex fratre epistolam* in editione anni 1627.

(4) *Ad Paulum et Clementem Thomasios studiorum causa Lutetiæ degentes*, p. 216.

Sciscitatur ab eis quam prompto pede Pindum ascendant et eos denique sic interrogat :

En unquam illa dies futura, cum vos
Parnassi spoliis onusti opimis
Visetis reduces lares paternos ?
En unquam patriæ petetis arctos
Amplexus, neque deseretis ultra ?
Hanc in spem atque diem parens uterque
Et dulcis patruus, Carantonusque
Amnis, ac tumido Tovera fonte
Luces sollicitas trahuntque noctes ;
O lux exorere alma ; quid moraris (1).

Hujus pacificæ indolis bellum vir noster detestabatur. In hoc tanto « rerum turbine » arma non gessit, sed gratulabatur solum amicis qui « bello civili functi » incolumes redibant (2). Cives bello furentes cum viro confert qui vino madidus frugibus propriæque domui flammas inferat et quem deinde pigeat actorum (3). Germanos præcipuo odio prosequitur, quod ad errorem apud se ortum in Gallia propagandum armis adjuverint. Inde victoriam ad Ulnellum a Guisio partam laudibus effert, prostrata passim corpora describens et flavos crines pulvere collisos (4). Præ impudentis sæculi licentia, cum cultus Deo negatur et plebs insana regium jugum excutit, unum ei et amicis restat perfugium, in studio nempe frequenti Aonidum, quas parvuli coluissent : « Nihil enim ægro corde tristitiam et metum potentius depellit. »

(1) *Ad Paulum et Clementem Thomasios*, p. 218.

(2) *Ad Callistum*, p. 151.

(3) *Ad Catharinam Mediceam*, p. 147.

(4) *In victoriam Errici III de Germanis et Helvetiis partam, anno 1587 ;* p. 190.

Nunc ergo mutam pectine barbiton
Pulsare mecum ; nunc viridi juvet
Jacentem in herba te jocosis
Carminibus resonare mecum (1).

Nostrum non pigeret morte sua piare quidquid Franciadas premit; sed casus acerbus averti nequit. Nihil reliquum est nisi ut adversa tempora blando fallat gaudio et curas edaces arte fuget. Tempus omne amicis et Musis impendet, versibus reddens quidquid libet. Nunc triste funus juvenis Flori forma et moribus egregii, « puellarum dulce tormenti », ita fluvii undis correpti et obruti, ut ejus corpus nullibi inveniri potuerit, intimo mentis affectu deflet, undam et fluvium deprecans (2); nunc epithalamia fratri vel amicis conscribit quandoque magis æquo proterva (3); modo celebrat calicem suum vitreum, quem vasibus aureis anteponit :

Augusti rapido mundus jam flagrat ab æstu,
Flumina deficiunt, torrida languet humus.
Vina mihi dilecte calix generosa ministra,
Et gelidam misce blande minister aquam.
Divitiæ o nostræ, sola et jucunda supellex,
Vitæ o solamen, deliciumque meæ,
Cum calor ora coquit, cum mens affecta dolore est,
Omnem in te mergo tristitiam atque sitim (4) ;

modo invehitur in malos poetas, in rabulas, in medicos, in lippos, in conjugum infortunia, in avaros, in puellas, in judices denique qui « jus mercedis instar pecuniæ subjiciunt (5) ». Quidquid memoratu dignum vidit versi-

(1) *Ad M. H. Borguinum,* p. 166.
(2) *Epicedium,* p. 158.
(3) p. 139.
(4) *In calicem vitreum,* p. 264 et 259.
(5) *In Judicem quemdam,* p. 247.

bus reddidit. Catharinæ Mediciæ, cum pacis causa in Engolismos se contulisset, anno 1586, nec non Ludovico XIII Burdigalam petenti ad excipiendam uxorem (1615) carmen dicavit (1). Ducem Spernonium e Provincia reducem salutavit illiusque uxori, Floridæ Fosseæ, epitaphium scripsit. In multorum aliorum tumulum carmina exaravit, ut Tuetii, cosmographi Engolismensis et Scævolæ Sammarthani, græco quidem sermone. Quin veteres patrias res præclare gestas in lucem protulit : celeberrimo monacho Eparchio qui sanctitatis fama quinto sæculo fulgebat hymnum dicavit, quem nunc Engolismensis Ecclesia libro precum publicarum inseruit (2). Tanto amore patriam fovebat, ut vituperandos putaret qui sedem mutarent.

Fœlix qui patriis longum latet abditus arvis,
Quemque locum implevit querulis vagitibus infans
Hunc orbem putat esse suum, putat æquora vasti
Oceani tenuem, qui præterlabitur, amnem ;
Cujus et extremam fastidit visere ripam.
Ipse Deus cunctis patriæ telluris amorem
Indidit, ipse Deus posuit discrimina terris,
Ne quis in externas auderet pergere sedes (3).

Toveram (in quam valde laudatum carmen scripsit) canere instituens eorum notat errorem, qui, patriæ telluris miracula fastidientes, ea sola quæ ex longinquo laudantur gestiunt invisere. (4) Credibile est eum ab Engolisma nunquam discessisse. Triginta duo annos gessit munus

(1) P. 147 et 221.

(2) *In D. Eparchium hymnus*, p. 200.

(3) *Propempticon*, p. 153.

(4) *Tovera*, p. 125.

consiliarii regii in curia Engolismensi : quo meruit honorifico diplomate a rege donari (1).

Ejus vero in patriam amor præcipue enituit cum refellit Meinardi cujusdam, Frisii natione et legum doctoris in Pictavensi academia, adversus Engolismenses calumnias. Hic vir, interfecto Henrico IV a nefando sicario, tractatum latine conscripserat (2), in quo aiebat Engolismenses, quia regis interfector ex eorum tractu exierat, « non e Francis sed e Gallis originem trahere ; et insitam a majoribus crudelitatem et morum asperitatem nunquam exuisse, utpote sepositos, in loca solitaria rejectos, ut ex humanioris populi commercio et accessu parum aut nihil lenitatis et humanitatis mutuati sint ; serius etiam a Francis, quibus ingenium benignius natura donaverit, frequentatos videri ; ob denique duorum Engolismensium scelus in Franciscum illustrissimum Guisiæ ducem et recens istud in invictissimum Regem Henricum IV, gentem Engolismensem, si non ex asse saltem ex quadrante vel triente, ad hereditatem pœnæ vocari oportere ».

Nostro istum legenti libellum « obstupuit animus, corpus obriguit et ulterius legendi audacia fere non suppetebat ». Statim ad confutandam istam criminationem aggressus est (3) : nefarium sicarium non Engolismensem genuinum, e Lemovicibus scilicet oriundum esse,

(1) Vide carmen *Ad Senatum, pro approbatione honorifici diplomatis authori a Rege concessi post munus consiliarii gestum annis XXXII*, anno 1640 editum.

(2) *Regicidium detestatum, quæsitum, præcautum.* Augusterii Pictonum, Mesnerii, 1610.

(3) *Adversus Francisci Meinardi Frisii et apud Pictavenses legum professoris calumnias, Engolismensium defensio, authore Paulo Thoma, apud Engolismenses causarum patronus* ; Burdigalæ, apud Simonem Millangium, typographum regium. MDCX.

ubi avus, proavus et ceteri retro progenitores sedes habuisent ; non in urbe natum, sed in pago sito ad Tolueram cui Magnaco nomen ; in eum a sapientissimo senatu fuisse animadversum, et lite præjudicata non licere novam sententiam adferre ; ob unius duorumve noxam non totam damnandam esse civitatem ; Engolismensium, quod ipsorum regio « quadraginta quinque gradum sortita fuerit latitudinem », temperatos esse mores et placita ingenia abunde testari ; Engolismenses non magis Gallos quam Francos origine esse et insuper Gallos non ferociores esse Romanis ipsis, testantibus Cæsare, Tacito, Juvenale, Strabone, Pausania, Dione et Tertulliano ; Meinardum insigni flagitio versus Ausonii corrupisse, ut de schola Engolismensi taceret, ubi doceret Tetradius, Ausonii amicus ; hanc urbem non ita parvi nominis olim fuisse, quæ in ipso christianæ religionis exordio episcopum habuerit, deinde tam amplis privilegiis ornata fuerit, nec non doctissimis viris illustrata. Haud equidem opus est perfectum hæc Engolismensium Defensio : opus esset nempe ut res lucidiore ordine distribuerentur ; sed argumento est nostrum dilectæ patriæ antiquitates optime calluisse.

Quasi vero non satis fuisset patriæ suæ defensionem soluto sermone scripsisse, eamdem versibus reddidit(1). Liceat sequentes versus afferre, quibus Frisium ipsum Meinardum compellat, si dignaretur Engolismam venire.

Validis præcinctam mœnibus urbem
Perpetuo impositam colli, variisque minantem

(1) *Apologeticon*, p. 208.

Turribus in cœlum aspiceres ; duo lambere collem
Imum amnes, hunc navigiis ingentibus aptum,
Illum ad frangendas per saxa rotantia fruges :
Ad ripas latis hinc fundi gramina pratis,
Inde gravi lætas segetes flavescere culmo,
Hinc vites frondere, suo quæ tempore reddant
Nectar odoratum, quali si Frisia tellus
Affflueret, gustu te detinuisset amico.

Novissimum carmen quod ipse edidit regi Ludovico XIII conscripserat : *Le Triomphe de la Justice* (1). Gallice inscripsit quia carmen latinum versibus gallicis reddiderat. Liceat ex aliquot versibus periculum facere utrius sermonis peritior fuerit.

Hanc adde textam flore Heliconio
Fronti coronam, quam tibi nexuit
Idem ille, scripsit qui parentis
Facta tui generosa vates.
Illi camæna et sanguine proximus
Te pleniori post recinet sono ;
Tumque longe nomen alter
Summa vehet super astra Thomas.

Lege nunc Gallicos versus et dic num tibi tantum arrideant.

Cette couronne orne ton front
Tissue des fleurs du sainct mont
Helicon, par le meme
Qui de ton pere trois fois grand
A entonné d'un plus haut chant
La vaillance supreme.
Un autre Thomas cy-apres,
Son proche de sang et de vers,
De tons plus magnifiques
Tes louanges résonnera
Et sur les Alpes portera
Tes vertus heroïques.

(1) *Le Triomphe de la Justice*, au Roy, sur la réduction de la Ville de La Rochelle, par P. Thomas, angoumoisin ; à Angoulesme par Heslie le Paige, imprimeur du Roy et de la Ville, 1628.— Bibliothèque Nat. Inventaire YE 33904.

Satis et nimis fortasse multa loca carminum Thomæ appellavimus ; una enim hac via et ratione naturam viri et indolem detegere licebat. Novimus eum virum pacificum, patriæ, otii et suorum amantem fuisse. Etsi versus improbos jocans scripsit, pius tamen in Deum erat : curavit cum fratre Johanne missas pro se perpetuo celebrandas, sepultusque est Engolismæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ Virginis de Pagina, anno 1636 (1). Testamento suo holographo, quod ad calcem edimus, hanc orationem adjecit : « Obsecro, Domine Jesu, ut me pisciculum tuum renatum in aquis baptismi, et inescatum corpore tuo, hamo latentis divinitatis in littus supremum extrahere digneris, ad misericordias tuas et Patris et Spiritus sancti in æternum cantandas ; amen. »

Ex appellatis locis introspeximus eum non sine laude varios pedes lyricorum imitatum fuisse. Præter enim *Lutetiados* libros quinque, scripsit *Silvarum* libros duo, *Elegiarum* librum unum, *Epigrammatum* librum unum, *Iconum* libellum unum, *Silvarum sacrarum* librum unum et *Jonæ prophetæ* libellum unum. Nunc de Lutetiade agemus, quod caput ejus est opus, de qua scripsit :

Vitam egi caelebs, sed non sine prole relinquor :
Est mihi nata, vocat fama Lutetiadem.

(1) *Tabelliones Engolismenses* : E, 962. « Fondation par Paul Thomas conseiller au présidial d'Angoumois et Jean Thomas, écuyer, sieur de Saint-Simon, son frère, de deux messes par semaine, à célébrer le dimanche et le mardi en l'église de N.-D. de la Payne, en la ville d'Angoulême, sur l'autel à gauche en entrant. « Ansemble l'espace de deux pieds de longueur au devaut d'iceluy et de 5 de largeur » dans lequel espace les dits fondateurs auront le droit d'établir leur sépulture de famille. Ambo extruxerunt aram sancto Thomæ in prædicta ecclesia. Legimus etiam in libro familiæ : « Paul Thomas ordonna que ses héritiers fissent distribuer annuellement aux pauvres d'Angoulême douze boisseaux de blé réduit en pain, et pour assurer l'exécution de cette clause de son testament, il hypothéqua son domaine du village de Grelet. »

CAPUT SECUNDUM

De Lutetiados argumento

Etsi Thomas stipendia non meruit, bellis tamen civilibus satis interfuit ut « civile nefas » ejus animum horrore perfunderet :

> Per jugulum patriæ infandos exegimus enses.

In idem sæpe revertebatur carminibus brevioribus quæ anno 1593 edita fuerunt : *Deploratio bellorum civilium Galliæ ; Damœtas, ad Achillem Harlœum Senatus principem ; In victoriam Errici III Gall. et Polon. Regis de Germanis et Helvetiis partam anno 1587*. Quid mirum, si pace composita res retractet quæ aures suas impleverant et quas historici et poetæ commentabantur (1) ? Magno incepto minorem se non autumabat, et totos novem annos canendis furiis civilibus impendit. Anno 1617

(1) De historicis videbitur in sequenti capitulo. Inter carmina, pleraque incondita hujus temporis, liceat, documenti gratia, aliquot appellare : *Chant triomphal sur la victoire obtenues* (sic) *sur les rebelles et ennemis de la Foy catholique, apostolique et Romaine, tant au pays d'Angers qu'autres endroits de ce royaume*, Paris, 1585. — *Francisco Valesio Andegavensium Duci Charitatis urbe nuper recepta, victoriam adepto.* — *Eglogue latine et francoise avec autres vers recitez devant le Roy au festin de Messieurs de la ville de Paris, le VI^e de fevrier 1578.* — *Lamentations de la France et sa priere*, Orleans, 1577. — *Remonstrance pour le Roy a ses Subjects, sur la rebellion qui se fait en plusieurs endroits de la France*, Paris, 1580. — *Convi de Resiouissance au peuple de Paris sur le retour du Roy, de la defaicte et deroute des Reistres et de leurs alies, et de l'heureuse victoire obtenue par sa Majesté*, par Thomas Guiet, Paris, 1588. — *Hymne de victoire sur les deffaictes et la reddition des Reystres*, par Claude Billards, Bourbonnoys, Paris, 1588. — *Vers francois sur la victoire obtenue contre les Allemands et et Suisses par le tres chrestien Henry IV*, par Raoul Cailler, Poitevin, 1588. — *Complaincte des fidelles chrestiens et catholiques de la France, sur le temps pre-*

primum edidit suam *Lutetiada* (1) ex hac Lutetia inscriptam ubi musis vacaverat, et quam versibus jam cecinerat.

In istis bellis, quæ pro religione (aut saltem occasione Religionis) exarserunt, multa hinc et inde extra modum commissa sunt ; apud nonnullos vox humanitatis et misericordiæ tacuit : sed prœlia, obsidiones, cædes amplam epici carminis materiam præbebant, nec fortitudo virorum, nec studia omnis populi, neque ipsi heroes defuerunt. Quis non miretur qua animi constantia Parisii longam obsidionem exantlarint, omnis potius generis ærumnas, famem mortemque parati quam religionis avitæ damnum vel levissimum tolerare !

sent, avec le moyen d'obtenir une bonne paix. 1588. — *Cantique à Dieu pour tost jouir de la paix,* 1588. — *Rejouissance de la paix presentee aux quatre Estats de la France,* par Thomas Guiet, 1588. — *Hymne à la louange de tres haut et tres magnanime Prince, Henri de Lorraine, Duc de Guyse, Pair et grand Maistre de France,* par Hierosme de la Pra Foresein, avec une *elegie à l'Enuie,* 1588. — *Chant funbere sur la violente mort de tres illustre et magnanime Prince, Monseigneur le Duc de Guyse,* par J. Bourgeois, parisien, 1589. — *Deploration et vers lamentables sur la mort de Monseigneur le Duc de Guyse,* par Jean Mondin, poete parisien, 1589. — *La Guisiade,* tragedie dans laquelle au vrai et sans passion est representé le massacre du duc de Guyse, par P. Mathieu, Lyon, 1589. — *Hymne de la saincte Ligue des catholiques, ensuite le tombeau de Monsieur le Cardinal et Duc de Guyse,* 1589. — *Les larmes de la France sur le deplorable deces de son Hercule, Monseigneur le Duc de Guyse,* 1589. — *La trompette du catholique,* par de La Vallee, gentilhomme de la suite de Deffunct Monseigneur le Duc de Guyse, 1589. — *Cantique de la victoire d'Ivry,* par G. de Saluste, seigneur du Bartas, 1590. — *Chant triompal de la celeste victoire d'Ivry,* par Charles de Novieres, 1590. — *Cleri Turonensis hymni duo ad Henricum IV, Galliarum et Navarræ regem, unus ante pugnam, alter post victoriam Ibriacam,* 1590. — *N. Germani Philofranci pugna Ibriaca.* — *Triomphe de la victoire obtenue sur les rebelles par Henry de Bourbon,* par P. Constant, L., 1590. — Scævolæ Sammarthani *carmen de victoria apud Euriacum parta pridie id. mart. anno M.DXC.* — *Vaticinium de restitutione Lutetiæ...* authore Abellio Samarthano, 1590. — *Complaincte de l'Heresie et la vanterie de Satan, avec l'arest de Nostre-Seigneur contre Satan et l'Heresie,* par G. P. C., 1590. — Hieronymi Seguieri, præsidis prætoriani *Daphnidium, sive Henrici IV, regis christ. heroica,* 1596. — *Henrias,* ad illustrissimum D. Nicolaum de Verdun, summi senatus principem, authore Nicolao Sorel, urbis Sezaniensis præfecto, 1614. — *Ad Augustissimum et invictissimum Gallorum ac Navarræ regem Henricum quartum, et ad sanctum inviolatumque senatum Musarum Turonensium congratulatio,* auctore Antonio Pichon, Græcarum litterarum regio professore, Turonum, 1589. — Cf. Bibliothèque Nationale, cathalogue de l'histoire de France L34 b 285-707 et L35 b 20-760.

(1) Continetur in editione quæ inscribitur : *Pauli Thomæ Engolismensis poemata, partim nunc primum, partim olim edita.* Parisiis, apud Claudium Morellum 1617, et in omnibus sequentibus.

Si nomen carminis respicias, jure credas de urbe Lutetia maxime, quin unice sermonem esse. Sed ex argumento mox apparebit labores hujus urbis ne quintam quidem partem carminis tenere. Unde colligere jam licet, non æquo jure carmen *Lutetiada* fuisse inscriptum. Docet enim poeta in exordio quid canere instituat, civiles nempe furias et bella profana pro sacris tuendis suscepta, regale jugum a Gallis excussum, Europam actam in partes, denique labores circa mœnia Parisidum longa obsidione exhaustos.

Musæ deinde nec non regis Ludovici XIII gratia implorata, causas evolvit belli civilis et omnium malorum quæ Galliam obruerunt, errorem nempe apud Germanos auctore Luthero ortum. Ex quo veteres ritus aboleri novique introduci cœpti sunt, de culmine antiqui decoris Gallia labi tabeque consumi. Necquicquam edictis gravibus ferro flammisque reges luem prohibere conati sunt ; non tantum in vulgus sed in aulam ipsam manavit error infecitque juvenem Condœum et Castellionem. His conjurata ducibus turba plurima perimit sacerdotes, spoliat sternitque templa.

Rex Carolus IX vim vi repellere parabat, cum mortuus est. Ejus successor Henricus III satius duxit pacem rebellibus sancire quam belli molestias sustinere. Hanc vero turpem pacem Deus lumine placido non cernebat. Receptis enim tot tantisque beneficiis, non dubitabant Galli fœdera cum Turcis ferire et nefanda sacra admittere. Ideo statuit ingratam gentem evertere non obstantibus precibus omnium sanctorum. Jam præsagia futuræ cla-

dis in cælo apparent, dum in terris frater regius morte improvisa tollitur.

Hoc principe occiso, cum rex sine prole virili esset, Erricus Borbonius ex lege salica regni heres jure fiebat. Sed hunc sibi regem contingere horrebant Galli, quippe qui novis ritibus addictus jam campos et urbes, bellis civilibus ductor, funeribus et ruinis fœdasset : compellant hunc pestem facemque patriæ. Has vulgi voces acuit Guisius, quem meritis florentem Galli in sinu gerebant ; suos ille ad ârma pro sacris tuendis hortatur. Sic sperat coacturum se regem, qui tum religionis minime curiosus vitam luxu trahebat, ut partes suas sequatur. Exinde legatos ad Papam, ad regem Hispaniæ et ad ducem Sabaudum mittit qui rerum discrimina doceant opemque exposcant. Quin regem ipsum sermonibus impellit, ut sceptro Galliæ profani cultus assertorem prohibeat, et edicto statuat alium de sanguine regum regni heredem fore, si prole virili carens moriatur.

Ad hæc verba fuit rex surdis auribus. Cum nulla arte Guisius sentiret regem moveri posse, se vertit ad reginam Mediciam. Hanc urebat tunc injuria natæ quam sibi thalamo conjunctam Navarrus solemniter repudiarat. Idcirco furens in generum cupiebat sceptra Lothareno transcribi et statim promittit se brevi regem in partes tracturam.

Interea Borbonius cardinalis, vir gravis annis, in fœdus et arma fertur, Guiso pellicente, et sese regni proximum heredem jactat. Hujus ab exemplo clerus omnis per rura et urbes canit excidium instare sacrorum, regnum si capessat Navarrus. Ad arma statim concur-

ritur. Præcipui oppidorum cives imprimis Parisidæ junguntur fœdere sancto ; omnes laudibus Guisium efferunt.

Alia ex parte rex convivia ducit et omni modo voluptatem capit. Sed noctu in somno a patre periculi monitus, edicit supplicium populis ad omnes aras divorum ut sibi progeniem et regno pacem orent. Omnis Gallia dehinc divos fatigat votis et præ aliis Parisii qui sacra ducunt per urbem. Dum hæc in Gallia geruntur, legati a Guisio missi mandata peragunt ad regem Hispaniæ et Papam et principem Sabaudum, qui omnes opem promittunt. Hic primi libri Lutetiados finis est.

Ut sentit Navarrus conjuratos in se Gallos externa fœdera jungere, parat arma armis opponere. Guisius vero, delectu habito in agro Lothareno junctisque sociis, non amplius cunctandum esse ratus aciem educit. Quo rex audito vehementer ira est incensus, se tam parvi fieri ut se non auctore bellum moveant et se vivo de regni herede curent. Quid faciat ? Facinus magnum animo molitur ; sed brevi a callida matre mitigatur, quin ipse in bellum etsi invitus fertur. Edictis gravibus omnes jubet aut aras romanas colere aut e regno migrare. Pars obtemperant edictis, pars arma sub Borbonio capiunt.

Tum enumerat poeta quæ oppida Navarrus sui juris fecerit, et exponit quibus auspiciis bellum, quod dicitur septimum pro religione, inceptum fuerit. Meduanus, fratre Guisio non minor, agit regia agmina contra Borbonium. Traductis Ligerim copiis emensoque limite Pictone ad ripam usque Carentæ progreditur ; sed Borbonii agmina obvia nusquam videt. Ille enim destinarat sese in muris condere, donec sibi auxilio venirent quas expectabat Ger-

manicæ turmæ. Quod sentiens Meduanus petit Santonicos agros, ut hostis vires et quæ numina sint urbibus exploret. Engerium et Pontes inexpugnabilia judicans iter flectit ad Vasconiam. Ante Castilionem consedit et ad ejus mœnia atrox ac diuturna pugna committitur, donec hoc oppidum expugnetur. Hæc victoria multo empta sanguine, sæviente morbo contagioso, « numeros laceraverat ». Quid faciat in Aquitania cum novas copias a rege non recipiat ? Revertitur ad Ligerim ; sed revertentem lacessit Borbonius et Maxentii urbem occupat.

Dum hæc in Pictonico agro geruntur, Theutonicæ Helvetiæque copiæ innumeræ auxilio veniunt Navarro. Rex perterritus tanti agminis adventu mittit Joyeusam qui Navarrum vetat vires cum externis copiis conjungere, dum Theutones hinc ipsius inde Guisii exercitu cohibentur. Apud Ulnellum cæsi Germani a Guisio et usque ad suos fines impigre acti magnam dant stragem et Galli hac victoria læti Deo gratias agunt. Hæc victoria accurate describitur,non modo quia magni momenti erat, sed etiam quod Guisius ex hac populi plausibus exceptus invidiam regis excitavit. Armis regiis fortuna tamen non ubique favit. Ecce enim Joyeusam extinctum famuli ad regem deferunt e Cautrasia pugna.Cum hujus pugnæ descriptione finem habet Lutetiados liber secundus.

Germanis concisis spes magna Navarro sublata erat. Hinc timet dæmon ne vetitis de ritibus sit actum, opem nisi continuo ferat. Convocatis itaque aliis dæmonibus et sontibus animis exponit quæ sint discrimina rerum : sese a Deo antris cavis inclusos, et hominem, vile animal, per filium Dei redemptum fuisse ; longo tempore inferos pau-

cas animas excepisse, donec sese ad fraudes vertissent et Mohametem suscitassent; nuper omnia etiam miscuisse allatis variis ritibus ; sed Christum nunc victorem fore ut olim in Syria, nisi omnes seu vi seu dolo opem ferant. His dictis obtemperantes Galliam peragrant dæmones, principum domos obsident et fœdera in vetitos ritus jurata turbant.

Guisium primun alienant a rege. Clarum enim triumphum cum Theutonicis spoliis sibi spondentem apud Parisios, rex invidia ductus urbe prohibuerat. Ille vero urbem ingressus populi plausu excipitur. Tanta audacia acuitur ira regis, qui videns tumultum in urbe et sibi timens Carnutum petit. Frustra rogant eum Medicia et Guisius ipse ut revertatur : his non gerit morem, fremens se exulem in proprio regno hinc Guisii inde Navarri partibus teneri. Periculis tamen utrinque perpensis nihil denique tutius esse putat, quam se Lotharenis rursus conjungere. Ergo per edictum sarcitur gratia et Lothareni cumulantur honoribus : Guisius regiæ militiae imperium sortitur. Rex insuper sancit ne Gallica quisquam sceptra gestet nisi catholicus. Cui tot tantaque munera non sint suspecta? Secure tamen Guisius illis indormit.

Ut mos erat apud Gallos rerum in arduis, indicit rex in urbem Blezarum conventum trium ordinum quibus cuncta stat Gallia. Hic bellum decernunt contra hereticos; statuunt quoque fœdus nunquam cum istis conciliandum. Sed consilium capientibus fert nuntius oppida et arva trans Alpes Galliæ ditionis fraude ducis Sabaudi subrepta fuisse. Multi expedire opinantur omnes Gallos in hostem communem communia arma vertere ; Guisio autem sua-

dente, statuunt prius heresim depellere quam externis damnis occurrant. Ea res magnam curam injicit regi; suspicatur enim Guisium in se cum duce Sabaudo conjurasse; omnia dicta et facta Guisii ei in animum recursant, et incitantibus aulicis furit in illum. Decernit denique sola morte tanta in regiam majestatem commissa lui posse.

Guisius vero periculi sibi instantis admonentibus nullis credit. Quæ tanta fiducia in regem ei exitio fit: cum enim aulam regiis penetralibus vicinam ingreditur a satellitibus oppressus ignave trucidatur. Ejus frater simili morti devovetur et filius in carcerem conjicitur. Hoc duplici flagitio desinit liber tertius Lutetiados.

De Guisiadis securus jactat se rex tum demum regem esse. Sed lacrimis et planctu accipiunt Galli exitium fratrum, ac dira regi precantur. Imprimis Parisios urget dolor et mox dolor in rabiem vertitur. Diripitur regia domus Luparæ et Princeps sævissimus tyrannus, hostis patriæ et sacrorum proditor audit. Sorbonii doctores decernunt Gallos non amplius lege sacramenti in regem teneri; unus superest in urbe senatus regi addictus. Dum Valesius, ut tum regem vocabant, in arce Blezarum conventus peragit edictisque ambit populi favorem, quasi causam sub judice diceret, insurgunt Lothareni proceres jam prudentia a Blezensi indagine amoti; cari sanguinis ultores optant et totis studiis in pœnas feruntur.

Ut late diros motus in se surgere videt rex nequicquam armis accingitur: Genabo primum fugatus, a Pictaviorum deinde arcetur mœnibus. Quid faciat in tanto rerum turbine matre orbatus quæ sibi consulat? Cum edicta nihil prodesse videat, nullum reperit aliud consilium, nisi ut

offerat Borbonio fœdus et amicitiam, si modo velit ille sceptro succurrere. Borbonius oblitus belli sibi illati opem spondet copiasque mox jungit cum regio exercitu. Ambo Henrici numerosa nobilitate et externis auxiliis stipati, in Parisios bellum ferunt. Hic proprie incipit Lutetias. Confidebant fore ut brevi tempore urbe potirentur, cum rex inopinato a Clemente interfectus est. Quo audito ingenti cura et terrore soluti Parisii exsultant gaudio, cæsoque regi illudunt. Non Navarrum legitimum tunc sceptri heredem odio polluti ritus, sed ejus patruum cardinalem regem declarant, quem tum in carcere Navarrus detinebat.

In castris par fit tumultus : non posse regem hæreticum in Gallia regnare ; et multi e nobilitate novum regem relinquunt. Cum videat Navarrus exercitum suum in horas decrescere nec tutum esse ad muros tantæ urbis considere, Neustriam petit ubi expugnat aliquot oppida, expectans auxilia a Britannis. Meduanus vero qui sui captivi regis summam rerum habet, fœdus cum principe Ibero et Papa renovat. Bella horrida pro sceptro tum consurgunt ; ubique itur in cædes. Dolet poeta ruinas quæ patriæ parantur.

Meduanus regem Navarræ ad Dieppam invadit, sperans eum aut capi posse, aut cogi ut Britanniam navibus petat. Sed rex pugnam diram sustinet nec ulla vi dimoveri potest ; quin Meduano retrocedente, cursum in Parisios præcipitat et tecta quæ ante urbem sunt occupat. Ut videt autem obsessos suis mœnibus fisos nulla via ad pugnam perduci posse, recedit et nonnulla oppida Stamparum, Vindocinum, Cenomanum suæ ditionis facit. Tali successu anxii Parisii petunt Meduanum dictis ama-

ris, reposcuntque ejus promissa, qui spoponderat fore ut brevi Borbonius pelleretur. Sed ille ratus Borbonium omnium egenum diu tantas copias non posse retinere, respondet discrimina ambiguæ pugnæ tentari jamjam non expedire, ipsum hostem brevi dissolutum iri, si bellum trahatur. Hoc prudens consilium Parisiis non placet, sed deplorant contra diuturni belli incommoda rogantque tentet unius pugnæ successu hostem evertere. His populi vocibus non audet Meduanus resistere : auxilio tunc a Batavis recepto, agmina dirigit in regem, qui tum Drusum obsidebat. Ut eum adventare sentit regius exercitus exsultat ferox : aciem constituunt utriusque alteram in alterius conspectu, tela telis minantur, cum nox superveniens castra umbris involvit. Jam quarti libri exposito argumento ad quintum accedo.

Quæ pugna parabatur commissa fuit ad Ibriacum sequenti die. Quo ordine, quibus animis, quibus viribus et quo successu manus conseruerint fusius describitur. Non diu fuit prœlium anceps : Meduanum profligatum rex insequitur penitusque delevisset, ni moram pons dirutus attulisset. Iter in Parisios statim instituit, laborum non satis exhaustum ratus, nisi in Lupara domitis civibus sedeat. Tantam urbem tantis opibus et tot populis pollentem non vi sed fame rex superandam ducebat ; ideo præsidiis infra supraque oppida occupat, ut fluvio penitus commercia tollat. Præ instante calamitate horrentes Parisii eriguntur Carli Allobrogis nec non Aumalidis et Victrii præsentia. Continuo magna copia frumenti et vini invehitur, agrestes cum armentis et gregibus sese intra mœnia tutos præstant ; aliunde turres et propugnacula extruunt,

æra concava locant, vigilias disponunt. Omnes operi incumbunt, ipsæque mulieres cœmenta aut saxa humeris portant. Tam vigil est Sabaudi cura, ut tranquillitas nullo modo turbetur :

Nec fora facundis cessant resonare patronis.

Sed enim pietate conspicui sunt Parisii : perfunctis quæ postulabat prudentia, in preces versi templa adeunt, atque hortantibus sacris oratoribus statuunt extrema potius malorum tolerare quam regem hæreticum admittere. Quin sacerdotes non desunt qui Deum precibus placare non contenti armis accingantur.

Rex satius ducens duras Parisidum mentes dura obsidione contundi quam cruento exitio sui regni florem eximium succidi, ne tamen usque sedens miles torpescat, a septentrione tecta sub urbe invadit. Accurrunt cives et oritur aspera pugna, in qua Novœus graviter vulneratur. Revocat princeps mox suos et locatis tum ingentibus ex ære tubis in monte Martio hostes inde terrificat jactu immensarum pilarum. Hic incidit singulare prœlium cujusdam Vasti, militis regii, cum juvene ex urbe, quod utraque acies diversis studiis spectat.

Aliquamdiu post, Castellio junctis numerosis auxiliis facile tectis sub urbe potitur, cui cohortes urbanæ non ausæ resistere sese in urbem recipiunt. Jam duos menses producta fuerat obsessio et Meduanus nusquam apparebat. Cives terror invadit : tum Sabaudus scrutari horrea et curare ut cives instante fame fruges æquo pretio recipiant. Populus tamen non frangitur : placet ei pro religione pati. Ad aras sanctorum procumbunt certatim et

Dei genetrici lampada et carinam ex argento vovent, si stent incolumes et hostem pellant. Virgo Parens quæ « vocatus humanos nunquam frustrata audivit », causam suscipit urbis et comitantibus Germano, Lupo, Martino, Dionysio, Lodoico, omnibus denique sanctis cui curæ est Gallia, ad æterni Patris solium procedit, et dejectis ocellis preces orditur : tempus parcendi adesse ; urbem piam, quæ tot labores sustinuerit, ut dæmonem prohiberet animas subripere Christi sanguine quæsitas, ruinæ proximam esse ; solvendam obsidionem et Borbonium sacris romanis esse adserendum.

His precibus respondet Pater omnipotens obsidionem brevi cessaturam nec quemquam regnum accepturum nisi catholicum ; populis fas esse reges repellere qui Dei jugum excutiant, nec Borbonium regno potiturum nisi per mille pericula et cum ad meliorem frugem reversus erit. His dictis assentiunt omnes cælicolæ.

Dum hæc in cælo geruntur, studet Meduanus Ibriacæ pugnæ cicatrices obducere et obsessis opem ferre. Hi enim penuria victus pressi panem vel pacem poscunt. Proceres distribuunt suas divitias et sacerdotes habitis concionibus animos erigunt. Legatus romanus donaria templorum in medium conferri jubet, quæ in belli usus vertantur. Pii vero cives dona in templis reponunt et mulieres sese armillis et monilibus spoliant ut fessis militibus debita stipendia dentur. Quid prodest : aurum non supplet panem. Dum vili cibo famem pellunt, multos invadit morbus : languida trahunt corpora et moriuntur. Tum quinquaginta ductores Carlum Allobrogum adeunt dicentes se, si quid armis sit audendum, paratos esse ad

fortiter dimicandum, si vero jam nullum ab Iberis auxilium sperandum sit, urbem quocumque pacto servandam. Quos ille solatur : brevi Meduanum cum turmis adventurum qui Navarrum muris absistere cogat.

A prima obsidione quatuor jam menses erant delapsi, cum Meduanus, receptis Batavis auxiliis cum duce Farneso, ad muros urbis agmina agit. Quod ubi rex audit, congregat copias, quæ circum mœnia stabant, ut tam valido hosti totis viribus occurrat. Ad Lagniacum acris pugna facta est qua tandem victor Meduanus commeatus per Matronam in urbem importat. Lutetia obsidione liberata, desinit abrupte Lutetiados liber quintus et ultimus.

Hic exitus non satisfacit sciendi studioso legenti. Cognitis enim laboribus et fortitudine Parisiorum, placuisset vidisse quo gaudio libertatem salutaverint, quis fuerit eorum victoriæ fructus. Hoc saltem breviter exponere debuisset poeta ; sin aliter in dubio manet sors Lutetiæ. Scimus tantum eam fame non interiisse : quid refert ad summam operis, cujus propositum est ostendere quo successu pro religione certaverit ? Dixeris musam subito poetam defecisse. Si autem ulterius progredi voluisset, quam sibi metam proposuisset ? Hoc ab heroe pendet, qui in qualibet fabula vel perit, vel triumphat. Quis vero est heros Lutetiados ? De Lutetia quæstio esse non potest, nam de ea in quinto libro proprie agitur. Guisius ad se primum oculos animosque omnium convertit, sed medio opere interficitur ; idem dicendum est de Henrico III, quem insuper odit poeta ; rex demum Navarræ ut hæreseos propugnator jucundus minime est : ergo

nullum primarium hèroa sed plurimos vicissim esse dixerim, causamque religionis defendendæ toti operi vitam et motum infundere. Exinde sequitur poema usque ad victoriam religionis, id est conversionem regis produci debuisse, quod forsan poeta nimiæ molis esse duxerit.

CAPUT TERTIUM

UTRUM THOMAS IN LUTETIADE VERA CECINERIT

Ut ex argumento patet, Lutetias historiam perturbationum Galliæ in fine sexti decimi seculi ab anno 1574 ad annum 1590 amplectitur. Historia tamen proprie dici nequit, quia non res omnes memoratu dignas refert, sed præcipuas tantum seu quas poeta magis aptas esse duxit ad imaginem bellorum istorum oculis proponendam, quæ pro tuenda religione exarserunt. Quod ad Castilionem, Cautrasium, Blezas, Dieppam, Ibriacum et Lutetiam actum est fusius narrat : alia vel breviter complectitur vel penitus omittit. Plura etiam parvi momenti omittere potuisset, quæ, ut obsessio Montis acuti et pugna ad Nannetum (III,301-319), rerum ordinem morantur. Ei tamen non dabimus crimini quod Meduani expeditionem in Santonicis agris refert (II,204-233) ; nam Engolismensis erat. Immo vero mulcet lectorem memorata cara patria (I,83; III, 366) et hac bene nota ripa,

Qua lene fluentes
Formosus volvit per culta Carantonus undas.

Annos viginti quinque natus tempore obsidionis Parisiorum, alia ipse viderat, alia ab his audierat, qui militiam secuti erant. Multi enim e tractu Engolismensi duce

Spernonio (1) et Rupifulcadio meruerant. Quæ ipsi minus nota erant ediscere potuit ab historicis, ut Petro Mathieu : *Histoire des derniers troubles de France sous les regnes de Henry III et de Henry IV (Lyon, 1594, in-8)*, Palma Cayet : *Chronologie novennaire de 1589 à 1598 (Paris 1602, in-12)*, Juliano Peleus : *Histoire de la vie et des bienfaits de Henry le grand (Paris 1613, 4 vol in-8°)*. A Thuani *Historiis* parvum lucrum fecit, quippe quæ tum usque ad annum 1589 tantum productæ sint. Sed aliis ex fontibus præcipue hausit, ex opusculis innumeris in diem conscriptis de unoquoque ferme eventu, quorum pleraque P. Goulard in unum congessit sub inscriptione : *Recueil des choses memorables advenues sous la Ligue 1587-1590*, seu *Petits memoires de la Ligue (Paris 1597, 3 vol in-8°)*.

Si præcipua loca Lutetiados conferemus cum variis locis scriptorum, quæ ante Lutetiados editionem in lucem producta sunt, clare apparebit et quibus ex fontibus Thomas præcipue hauserit et vera esse quæ carmine tractaverit. Nostra indagatio fiet vicissim de iis quæ ad Castilionem, Cautrasium, Ulnellum, Blezas, Dieppam, Ibriacum, Lutetiam acta sunt, atque de Henrico III, Guisio, Meduano, Henrico IV et regina Medicia.

§ I. — Castilionis oppugnatio.

1. *Iter describitur quod sequitur exercitus regius.* Meduanus « emenso limite Pictone constiterat in molli ripa Carentæ » (II, 205), « L'armee partant de Lusignan

(1) Lut. IV. 240. cf. Mézerai lib. LXI in fine.

print le chemin d'Aigre de Jarnac et de Chasteauneuf sur Charente (1). »

Dum Meduanus agmina Borbonii nusquam videt anxius est quid agat,

> Quatiat quæ mœnia primum,
> Atque an Santonicis subsistat consulit oris
> Vasconiamne petat. (II, 209)

Hoc Meduani dubium intellegi debet de variis consiliis quæ legati provinciarum ad Chateau-neuf-sur-Charente tum aperuerunt : « Les deputez de Sainctonge et « d'Angoulmois remonstroient : que les premieres places « que les huguenots tenoient de ce costé estoient Sainct-« Jean d'Angely, Pons et Taillebourc, que si l'armee passoit « entre sans les forcer, se seroit donner à entendre qu'elle « n'estoit suffisante d'attaquer telles places, qui augmen-« teroit le cœur aux huguenots. Mais c'estoit l'hyver ; de « plus, il n'y avoit en l'armee que quatre canons et deux « couleurines..... Les deputez des autres provinces pro-« posoient, puisque la raison de la guerre ne vouloit qu'en « ceste saison on attaquast les places de long siege, que « celles de leurs provinces que tenoient les huguenots « n'estoient que bicoques, lesquelles l'armee vivant et tem-« porisant durant l'hyver reduiroit aysement en l'obeis-« sance du Roy et delivreroient plus de cent lieues de « pays occupé (2). »

Progressus deinde Meduanus usque ad Engerium et

(1) *Discours des progres de l'armee du Roy en Guienne, commandee par Charles de Lorraine duc de Mayenne, Pair et grand Chambellan de France. Paris, 1586, p. 12.*

(2) Ibid. p. 12-14.

Pontes, ut has arces valde firmas vidit, alio flectit iter, (II.215-233) «Saint-Jean estoit tres bien pourveu d'hommes « et de vivres,... il resolut d'aller en Perigord (1) .» « Il « delibera d'assieger Pons, à quoi il ne sceut jamais resoudre le Mareschal de Montignon (2) .»

2. *Urbs describitur* :

Urbs ibi præsidio numeroso, armisque Navarri
Parva tenebatur ; sed muris firma situque
Castilio. (II. 234)

« La ville de Castillon est assize sur une motte de terre « eslevée au milieu d'une grande plaine, les murailles de « la ville environnent toute cette motte, la riviere de Dor« dogne d'un costé leur sert de fossé, au-dessus de laquelle « dans la ville il y a une autre motte de terre qui com« mande à la ville (3). »

3. *Agger exstruitur :*

ac primum attollere vallum
Aggesta Meduanus humo, et prætendere muris
Imperat. (II, 237)

« Pour cerner la ville du costé de la terre, il falloit tirer « les tranchées entre ceste montagne du vignoble et les « esperons de la ville... on resolut de faire les tranchées « egalement fortifiees des deux costez, et de cent pas en « cent pas des fors (4). »

(1) Ibid. p. 14.
(2) *Memoires de la Ligue,* Paris, 1590 t. I. p. 731.
(3) *Discours des progres de l'armee du Roy,..* p. 78.
(4) Ibid. p. 82.

4. «*Obturbant fodientes desuper omni telorum genere.*» (II, 239). « Le sieur commandeur de la Douze couvrit avec « de l'artillerie le chemin de la descente des deux costez et « par le dessus pour le garantir des coups de pierre que « les ennemis jetoient dru dans le fossé (1). »

5. *Tormentorum pilas ferreas in urbem jaculantur :*

Aggere composito tandem, molimine magno
Huc immensa cavo tormenta ex ære trahuntur.
(II. 243)

« Castillon estant ainsi resserré, on chassa les ennemis « à coups de canon de la terrasse qu'ils avoient fortifiee « au-dessus de la fontaine... Vis-à-vis de la ville fust « basti un autre fort dans lequel furent logez trois canons... « Vis-à-vis du grand esperon fust commencé un cavallier « sur lequel furent pozez quatre canons (2). »

6. *Sternuntur mœnia*

Nec mora longa, labant crebris concussa pilarum
Ictibus, inque ima stenuntur mœnia fossa.
(II, 252.)

« Il y avait deux batteries de canon qui donnoient à la « muraille de la ville depuis c'est esperon jusques à « la tour qui estoit sur le coing au-dessus de la riviere, « ladicte muraille avoit esté foudroyee par les canons « jusqu'aux fondements (3). »

(1) Ibid. p. 87.
(2) Ibid. p. 84-86-87.
(3) Ibid. p. 87.

7. *Muris oppugnatis pugna fit in urbe.*

Insequitur vicisse putans, atque urbe potiri
Regius et tergo cedentum miles inhæret ;
Nequicquam : interius nam fossa apparuit ingens
Quam sibi, si muri excidio fortasse darentur,
Perfugium extremum in discrimina summa pararant.
Ergo novi surgit facies inopinata laboris,
Altam virgultis implere et cespite fossam.
Borbonidæ obnixi contra defendere pergunt.
(II. 274.)

« Le vingt-sixiesme d'aoust on mist le feu à la mine... « qui ne laissa de jecter par terre ceste tour et de faire la « montee quelque peu aysee, ou incontinent les capitaines « menerent les soldats jusqu'à quatre pas du haut du fossé « du dedans de la ville, où l'on porta quantité de balles de « lainne, de sacqs pleins de terre, de baricques pour si « loger, et de clayes pour se couvrir des pierres et des « feus que ceux de la ville jettoient en grande quantité, qui « blessarent plusieurs de nos soldats... on estoit en doubte « si les soldats garderoient ce logis, par ce que ce flanq « de la moité de l'esperon que les ennemis tenoient, « les molestoit fort, et plusieurs des nostres furent « tuez (1). »

8. *Quibus causis se tandem dederit urbs.*

Et ni dira lues confertos sedibus arctis
Invadens, cœli vitio contracta, locique
Illuvie, plus hoste mali, stragisque dedisset,
Longior obsidio multo graviorque fuisset.
(II, 282)

« La peste estoit dans Castillon, le Duc cerchoit

(1) Ibid. p. 92.

« d'empescher par tous les moyens que les soldats n'y « entrassent, afin qu'elle ne se mist pas en l'armee... « Neantmoins les assiegez ne furent si tost sortiz que les « soldats grimpant par dessus les murailles, la ville « en fust remplie et tout ce qui si trouva semé par l'ar- « mee. De ceux qui sortoient, aucuns sur l'heure mouru- « rent de la contagion dans les fossez de la ville, qui « furent incontinent deshabillez par les Suisses qui s'en « vestirent (1). »

9. *Meduani exercitus magna opum penuria premitur* : « Nullis opibus missisque tantillum juvabatur auxiliis. » (II. 391.) « Il n'y avoit pas un escu pour donner « mesme aux soldats blessez... On emprunta de toutes les « bourses particulieres de l'armee l'argent qui si trouva, « et mesme le duc print le dernier escu de la bourse de « Mme du Maine. » « La necessité qui avoit esté en l'armee « depuis six mois la rendoit si faible de soldats françois « que le duc craignoit de trouver un matin les tranchees « vides de soldats (2). »

Nonnulla tamen omisit scriptor : tecta ante urbem quæ immensa erant (septies majora arce) peditibus occupata esse dum tormentorum pilis arx obruitur ; utramque ripam fluminis Dordoniæ ponte ex navibus conjunctam esse ; plurimas altas turres (cavalliers) fuisse extructas, equibus tormentorum pilis obsessos lacerarent. Quæ autem omnia ut describerentur, alio carmine opus fuisset.

(1) Ibid. p. 96.
(2) Ibid. p. 95 et 99.

§ 2. — Pugna ad Ulnellum.

1. *Quæ ante pugnam facta sint.*

— *a)* Consilium erat ductoribus Theutonum et Helvetiorum Ligerim transire,

et sua jungere castra Navarro.
(II. 326.)

« Le roy de Navarre se preparoit à leur aller au devant « affin de tascher à favoriser leur passage sur la riviere de « Loire (1). »

— *b*) Rex meditabatur eos

non adverso Marte ruentes
Excipere, at vexare mora, insidiisque famaque.
(II. 347.)

« Le dessein du roy estoit de les separer et, sans per- « dre les siens, trouver le moyen de faire vider cette armee « estrangere de son royaume (2). »

— *c*)

Pecora et fruges late omnibus agris
Tolli jusserat rex.
(II. 348,)

« Le duc de Lorraine et le duc de Guyse, pour ne leur « donner envie de demeurer en Lorraine avoient faict « brusler les moulins et desmolir les fours sur le chemin « par où ils avoient passé (3). »

(1) Palma Cayet : *Chronologie novennaire*, Paris, Raymond, 1866, p. 37. Ab hac editione alia loca ejusdem historici appellabimus.

(2) Ibib. p. 38.

(3) Ibib. p. 37.

— *d)* « Si agmina diversa funduntur per agros quæ convectent prædas », (II. 363) his irruit Guisii

> Non numerosa manus, sed forti asperrima Marte.
> (II. 379.)

« De les attaquer en gros ils (Mayenne et Guise) « n'estoient assez forts. Leur dessein fut donc d'enlever « quelques quartiers de ceste armee (1)... Ceste petite « armee (de Guise) est toutefois gaillarde et belle (2). »

— *e*) Guisius

> nullam membris aut mente quietem
> Nocte dieve capit.
> (II. 401).

« Le duc de Guise ne dort point, la finesse est aussi « utile à la guerre que la force (3). »

— *f*) Cum tandem « eluctatis omnibus » ad Ligerim deveniunt equites Germani,

> Scrutantur, sors si qua vadum et brevis unda recludat ;
> Interea in ripa Rex ulteriore paratum
> Agmen habet, quo summoveat tranare volentes.
> (II. 391.)

« Ils trouverent que les gaiz par où ils pouvoient lors « passer estoient tous gastez par le commandement de sa « Majesté (4). Ainsi les reistres empeschez, pour ne « pouvoir passer la riviere de Loire, laquelle estoit

(1) Ibid. p. 36.
(2) Ibid. p. 38.
(3) Ibid. p. 38.
(4) Ibid. p. 37.

« bordee de l'armee du Roy, ils se resolurent de tirer du « costé de la Beausse (1). »

— *g*) Tum consilium Regi

Incidit, Helvetios tentare ; ut fœdere rupto
Theutonicis abeant castris, patriamque revisant.
Nec vanum subiit missus Gonzaga laborem.
(II. 405.)

« Or M. de Nevers, par le commandement du roy, « avoit faict si bien, que les douze milles Suisses accor- « derent de s'en retourner en leur pays moyennant de « l'argent (2). »

2. *Locus pugnæ*. Hotnaüs, dux germanorum equitum

Seu prædæ studio, facilisque cupidine victus
Ulnelli exiguæ turmas immiserat urbi.
. . . .
Non illi curæ conjunctam mœnibus urbis
Expugnare arcem, ductave excludere fossa.
Præfecti jurata fides, dextræque prehensæ
Persuadent hostile nihil, nec triste timendum.
(II. 413.)

« Donavius ubi primum Alnetum venit, aliqua e suis « in arcis infimam curtem, ubi rustici gregibus et armen- « tis receptum habebant, impetum fecere, quibus a præ- « sidariis dejectis, Donavius misso tibicine, cum obsi- « dionem minaretur, cum Scholario ab Henrico Joüsa Bu- « chargii comite olim arci imposito transigit, fide accepta, « nihil ipsum contra Germanos hostile ausurum (3). »

(1) Ibid. 38.

(2) Ibid. p. 38.

(3) De Thou : *Historiæ sui temporis*, Parisiis, de La Rovière, 1626, l. 87, p. 196. Ab hac editione alia loca ejusdem historici appellabimus. Cf Mezerai : *Abrégé chronologique*, Amsterdam 1755, l. LXI, p. 233. « Il n'avoit pu (Dona) emporter le château et s'étoit contenté de prendre serment de celui qui étoit dedans. » Oppidum *Ulnellum*, gallice *Auneau*, vocat Thuanus *Alnetum*. Dux Germanorum dicitur *Hotnaüs*, in Lutetiade et *Donavius* apud Thuanum.

2. *Tempus.*

Et jam luce nova tenebras aurora rubescens
Pellebat cœlo. (II. 431.)

« Estant arrivez pres Aulneau sur les cinq heures du « matin, à la morguesoupe, inquit Mathieu (1), du mardy « XXIII novembre, sans estre descouverts, l'on oyt les « trompettes qui sonnoient le boute-selle de tous costez « en l'armee ennemye (2). »

3. *Quomodo Guisius copias disponat.*

Delectos peditum bis mille insignibus omnes
Armis, atque animis, ex arce immittit in urbem.
Ipse extra muros equitum stipante caterva
Theutonas excepturus adest, quoscumque periclum
Et metus in campos ex capta exegerit urbe.
(II. 435.)

« Il choisit deux mille harquebuziers des plus braves « de tous ses regimens... et vint mettre lui-mesme son « infanterie (3). » « Et mondit Seigneur de Guise estoit « à l'entour dudit village avec lesdicts huict cens chevaux « qui guettoit ceux qui sortiroient hors dudit village (4). »

4. *Pugnæ varia momenta.*

— *a)* Germani « oppressi erant graviter somno me- « roque » (II. 549). « Ils dormoient à la françoise (5). »

(1) P. Mathieu : *Histoire des derniers troubles de France,* Lyon 1604 ; l. II, p. 44.

(2) *La nouvelle deffaicte des Reistres, faicte par Monseigneur le Duc de Guise,* mardy matin vingt-quatriesme jour du present mois de novembre mil cinq cens quatre vingts-sept. Ensemble comme ils furent surpris et le nombre des morts, des blessez et des prisonniers. Paris, 1587, p. 10.

(3) *La nouvelle deffaicte des Reistres...* p. 10.

(4) Ibid. p. 13.

(5) Ibid. p. 9.

— *b*)

Et subito attonitos casu certamine nullo
Gallus agit sternitque ferox. (II. 464.)

« Ils (les reistres) ne tindrent plus aulcun combat ny « ferme resistance, estans esperdus et estonnez d'une « charge furieuse et soudaine (1). »

— *c*)

Altis sternuntur acervis
Corpora, perque vias, perque ædes sanguis inundat.
(II. 471.)

« Il en fust estendu en fort peu de temps plus de dix-« huict cens dessus la place (1). »

— *d*)

Te quoque sors eadem fatumque Hotnaë tulisset,
Ni propere elapsus vetito per mœnia saltu
Abjectis fugeres armis. (II. 473.)

« Le baron d'Othna general de l'armee estrangere « s'estant trouvé à cheval fut porté par terre en la der-« niere charge qu'il fit... et trouvant les portes bien gar-« dees et fermees, il resolut pour son salut de sauter les « murailles de ce bourc, bien qu'elles fussent assez hau-« tes et eslevees et se sauva de ceste façon à la faveur « de la nuict (2). »

— *e*)

Profugos Rhenum usque sequens victricibus armis
Hostilem ferro patriam vastavit et igne
Guisius. (II. 486.)

(1) *Discours veritable de la Deffaicte des Reistres par les armes de Mgr le Duc de Guyse prinses et conduictes par le commandement et soubs l'autorité du Roy*, p. 10.

(2) Ibib. p. 13.

« Le Duc de Guise poursuivit non ceste armee, mais « ce miserable troupeau de Reistres jusques aux monta- « gnes de Sainct Claude... et de là pour contenter les « troupes affamees traversa la comté de Bourgogne, se « jetant en la comté de Montbeliard, et de Hericour, où « ses gens firent des cruautez enragees. Plus de deux « cens villages furent bruslez (1). »

5. *Gaudio exsultant Galli.*

In omnem
Lætitiam effusi solemnes ducere cœtus
Ad delubra deum instituunt, votivaque dona
Et meritas tanto solvunt pro munere grates
Festivosque viis accendunt omnibus ignes.
(II. 491.)

Vide : *Rejouissances chrestiennes des vrais et naturels françois, pour la reddition generale des Reistres en l'obeissance du Roy, avec le* Te Deum *chanté en l'eglise Nostre-Dame et feux de joie faicts ce 14 decembre, Paris 1587. — Feux de joie faicts à Paris touchant la reddition des Reistres... Paris 1587. -- Convi de rejouissance au peuple de Paris sur le retour du Roy, de la defaicte et deroute des Reistres par Thomas Guiet... Paris 1587* (2).

§ 3. — Pugna ad Cautrasium.

1. *Ratio expeditionis.*

« Joyeusæ mandatur ut Borbonium flumine toto (Li- « geri) summoveat, ne molliat iste viam Germanis ad se

(1) Mathieu, l. II, p. 46.
(2) Cf. Bibl. Nat. Catalogue de l'Histoire de France L31 b 405-413.

« venientibus (II. 432.). » « Le Roy envoya M. de Joyeuse « en Poictou avec commandement d'empescher le roy de « Navarre de rejoindre les bords de la riviere de Loire, « et ce au hasard mesme d'une bataille (1). »

2. *Quales milites fuerint Joyeusæ.*

Laudis amor, densusque virum comitatus, et auro
Vestibus et pictis acies, opibusque superba,
Perstringunt juvenilem animum.
(II. 507.)

« La Gendarmerie qu'il conduisait était composée de « jeunes seigneurs tout couverts d'or et d'argent, dont les « armes brillaient au soleil, pleins de fougue et d'ardeur, « mais sans discipline (2). »

3. *Utriusque ducis agendi ratio.*

— *a*) Seu metu seu belli mendacio cum Joyeusam propius accedere sentit Navarrus refert pedem et

Santonicos retro effusis abcedit habenis
In campos. (II. 517.)

« Monsieur de Joyeuse suit le roy de Navarre en Poic- « tou ; et voyant que ledict Seigneur Roy se retiroit tou-

(1) P. Cayet, p. 37. — Sed nescio quo pacto scriptor affirmet Joyeusam negasse

Accipere ingentes equitum peditumque catervas,
Rege pio præbente.

Nam legimus apud Petrum Mathieu, l. II, p. 42. « Pour cet effet, le duc de Joyeuse avoit « une armee fortifiee d'hommes, de munitions et de moyens. » Item : « Et bailla « (le roy) à Monseigneur de Joyeuse dix-huict compagnies d'hommes d'armes, et « quelques regimentz de gens de pied .. Ledict sieur de Joyeuse renforcé (oultre « les forces cy-dessus) des garnisons des païs et villes circonvoisines, ce efforce de « empescher ledict Seigneur Roy de passer oultre et de combattre. » *Discours de la bataille donnée le vingtiesme de octobre pres Coutras, et de ce qui ce passa en France ; 1587.*

(2) Chalambert : *Histoire de la Ligue,* Paris 1854, t. I, p. 106.

« jours, l'on dit que ledict Seigneur de Joyeuse luy
« envoya presenter le combat (1). »

— *b*) Idem Joyeusa

in Pictava rura citatis
Fertur equis, pugnæ pari er certusque triumphi.
(II. 505.)

« Ce que le sieur de Joyeuse fit animeusement, la jeu-
« nesse où il estoit le faisant presumer que toutes choses
« luy estoient possibles (2). »

4. *Principium fit pugnandi.*

— *a*) Concione habita, milites Navarri

excipiunt ingenti talia plausu
Verba Ducis, pulsuque armorum prælia poscunt.
(II. 550.)

« Le roy de Navarre resolut tous les siens au combat,
« qu'il trouva tres ardens et de bonne devotion à bien
« faire. » (1)

— *b*)

Principio levibus summa ad discrimina pugnis
Proludunt utroque equites ex agmine pauci
Inque vicem medio certant se extrudere campo.
(II. 560.)

« Apres que les soldats se sont longuement invitez à
« l'escarmouche et entreblessez d'outrages et de mena-
« ces, on en vient promptement aux mains (3). »

(1) *Discours de la Bataille donnee à Coutras...* Paris 1587.
(2) P. Cayet, p. 37.
(3) P. Mathieu, l. II, p. 12, b.

— *c*) Borbonius tormenta globos ferri jaculantia occultaverat quæ apte tenebat obversa in hostem :

Tum vasta expulsa ruina
Joyeusæ agminibus dirum pila ferrea portans
Excidium volat, et patefacto limite late
Arma, viros et equos uno undique dissipat ictu.
(II. 577.)

« Il dispose au reste son armée en telle sorte que tou-
« tes les pieces sevoient et pouvoyent fayre leur effort
« sans aucunement incommoder les uns ou les autres :
« comme de faict l'artillerie joua fort à propos et fit
« grand eschecy. L'arquebusaderie de mesme (1). »

Nulla fit mentio de tormentis æneis Joyeusæ, quia nullius fuere adjumenti. « L'ignorance ou la malice avoit braqué
« l'artillerie si bas, que la pointe de canon donnait droit à
« l'entre deux d'une petite elevation de terre ou le boulet
« se fourroit sans percer plus avant (2). »

5. *Turmæ concurrunt.*

— *a*)

Clade improvisa non territus omnibus acer
Incurrit turmis et laxis prælia miscet
Ordinibus Joyeusa.
(II. 581.)

« Le sieur de Joyeuse alla furieusement à la charge
« pour la meslee generale (3). »

(1) *Discours de la Bataille donnee à Coutras...* Cf. de Thou : *Historiæ* l. 87, p. 180-182.

(2) Mathieu, t. II, p. 42, b.

(3) *Discours de la Bataille donnee à Coutras...*

— *b*)

ruit contra agmine denso
Borbonius.. . . . .
. . . .
Confertum ille trahens agmen, lectissima pubis
Corpora, Joyeusæ in numeros illatus acuto
Perrumpitque aciem, proturbatque obvia ferro.
(I. 696.)

« Tum Navarrus cum suo, Condæi et Suessionis « agmine æquatis fere frontibus signa infert, et scloppe- « tariis volonibus, qui præcedebant, destinatis ictibus in « hostem ejaculantibus, post elusum primum hastarum « impetum tanta vi in mediam Joüsæ aciem impres- « sionem facit, ut post exiguum certamen regii omnino « fusi sint (1). »

6. *Quid hæc victoria profuerit Navarro.*
Sed Navarrus.

non tam Joyeusæ funere gaudet,
Germani auxilii quam spe cruciatur adempta.
(III. 8.)

« Mais quoique le roy de Navarre acquist là l'hon- « neur d'une grande victoire, si est-ce qu'il perdit la com- « modité de pouvoir secourir son armee d'Allemagne (2). »

§ 4. — Conventus Blesenses.

1. *Cur habiti sint conventus.*

Ut sua tergeminis redeat speciesque, vigorque,
Ordinibus ; comis populo, nec pressa tributis

(1) De Thou, l. 87, p. 182.
(2) P. Cayet, p. 37.

Libertas, pietas Mystis, Mavortia virtus
Nobilibus ; ne quem in sanctum vis suvehat auri,
At solo ingenio probitas sociata, tribunal.
(III, 423)

Ut civium mores corrigeret rex saepe monebatur. Vide : *Remonstrance faicte au Roy au commencement de la tenue de ses Estats*, apud P. Mathieu, l. IV, p. 130. *Discours de l'insuportable frequence des vices du jourd'huy et sur la pretendue reformation d'iceux par le Roy en la presente assemblee des Estats ;* Paris 1588. *Harangue qui doit estre faicte à l'assemblee des Estats de Blois tant pour l'Estat ecclesiastique, noblesse, justice et pour les Bourgeois ;* Paris 1588. In carmine latino a Gedoyn conscripto, quod inscriptum est : *Les conditions requises et necessaires pour avoir une bonne paix en France, et veoir tous les Estats d'icelle remis en leur ancienne splendeur, Faictes en vers latins ;* Paris 1587, versus inveniuntur qui eadem exprimunt, sed non tam puro sermone.

Absit et a Clero symonia, sacra quiescat
Vendere, det gratis, quæ gratis cepit et ipse
Sit purus, castus, vesana libido recedat.
Quæque pias mentes offendunt scandala, tollat.
Atque magistratus vitiis virtute resistant,
Ut valeant auferre malum, rectumque tueri,
Justitiam faciant, nec sit venalis ut ante,
Æqui sanctus amor lucrum tam turpe repellat.
Sit populus simplex sine fraude negotia tractet.
. . . .
Subveniat locuples inopi, faciatque bonorum
Participem, ut stimulet donandi fervidus ardor,
Cum gelidæ vitro pleno undæ præmia dentur.

2. *Cædes Guisiadum.*

— *a*) Cur rex in ducem Guisium sit infensus.

Jactatum a CarloMagno genus, otia regni
Injussu violata suo civilibus armis,
Auræ ingens popularis amor, tum fœdere diro
Gallorum concussa fides, ipse Urbe fugatus
Parisidum, et solio fœde exturbatus avito.
(III, 462)

Quæ causæ enumerantur apud Petrum Mathieu. l. I, p. 142-144. (1) qui etiam in sua tragœdia *La Guisiade* (Lyon, 1589), Guisium sic loquentem inducit :

Ils vont renouvellant leurs belles algarades
De nostre saincte Ligue, et de nos Barricades
Retournant comme chiens à leur vomissement,
Continuant toujours sur moi leur hurlement,
Vont jappant que je suis chatouillé d'une envie,
De luy ravir l'honneur, et le sceptre et la vie,
Que le peuple me veut, qu'il n'aime point les siens
Que j'élève contre eux tous les Parisiens.
(Acte I, sc. 1)

Generis a Carlo magno jactati auctores fuerunt François Rosieres, archidiaconus Tullensis, et advocatus David, ut narrat P. Cayet, p. 10. Ex opusculo inscripto *Discours sur le droit pretendu par ceux de Guise sur la couronne de France*, Paris 1585, « la couronne de France estoit deüe à la « maison de Lorraine dès le cheval de Troye et leur a esté « ostee par Merovée et ses descendants... Les Lorrains « descendent de Alberic fils aisné de Clodion et depos- « sedé par son frere Merovée. »

« Periculi sibi instantis monentibus Guisius non credit (III, 497). » « Le jour avant sa mort, comme il se mettoit à « table, il trouva un billet sous la serviette, dedans lequel « estoit escrit qu'il se donna garde qu'on lui jouëroit un « mauvais tour, en ce mesme billet, il escrit de sa main

(1) Cf. *Journal de Henri III*, Cologne 1720. II p. 138.

« ces deux mots, *on n'oseroit*, et le jeta sous la table. (1) »

Poeta refert ejus « nares fluxisse cruore » (III, 500) : « Il saigna du nez » ; « oculis lacrimas cecidisse » (501) : « L'œil du costé de la balafre pleuroit (2). »

— *c*) A satellitibus opprimitur.

Jamque in vicinam Regis penetralibus aulam,
Ingrediens, foribus prætenta aulæa superbis
Dextra attollebat ; subito cum corripit illum
Et circumfusus multa petit ense satelles.
(III, 501).

« Et entrant dedans la maudite chambre en laquelle « estoit l'execrable cabinet, tenant son chapeau d'une « main et tenant la tapisserie de la porte dudict « cabinet de l'autre, estant penché pour y entrer, d'autant « que ladicte porte estoit fort basse, six coquins de ses « quarante-cinq diables coupe-jarret... les uns lui saisissent les deux bras, les autres lui tirent son es- « pee... (3) »

— *d*) Strenue resistit.

At decoris tamen, et solitæ virtutis in ipsa
Morte memor, ruit in medios, et tempore longo
Turbam proturbans hinc atque hinc sustinet omnem.
(III, 510)

« Ce prince invincible en generosité qui en plein camp « eust egorgé dix mille tels coquins ayant simplement « secoué les bras, en renversa quatre par terre et apres

(1) Mathieu, l. IV, p. 146.
(2) Ibid. p. 147.
(3) *Le Martyre des deux freres. 1589.* p. 29.

« s'estre longtemps combattu à coup de poin enfin est « terrassé par ces bourreaux.(1) »

— *e*) Simili morti destinatur Cardinalis Guisius. Sed cum milites renuant « manus suas sacrato sanguine incestare », rex interfectores « pretio conducit ». « Les premiers « meurtriers ne voulurent faire l'office, et fut contrainct « d'exciter d'aultres dont il en a ordinairement jusques « au nombre de 45 de garde, que l'on nomme coppe-jar- « rets, et leur promettre douze cents escuz pour executer « tel meurtre. (2) »

— *f*) Gaudio exsultat rex.

Guisiadæ interitu conceptam haud mente sub alta
Continet Erricus, sed vultu et voce profundit
Lætitiam ; ac sese Regem nunc denique jactat.
(IV, 1)

Henry, scachant cela, faict selon son desir,
Sautelle d'allegresse, et se donne plaisir
Et crie à haulte voix qu'il est seul Roy de France (3).

§ 5. — Quid fiat in castris, interfecto rege Henrico III.

1. *In castris luctus est, in urbe gaudium.*

Continuo totis it lamentabile castris
Murmur ; hebent gladii, torpent in prælia dextræ.
. . . .
At contra ingenti cura et terrore soluti
Parisidæ exsultant (IV, 310-325)

« Autant qu'il y eut d'estonnement de tristesse et de

(1) *Martyre des deux freres. 1589.* p. 30.

(2) *Advis de ceux qui ont esté à Bloy au temps du massacre advenu es personnes des defuncts les seigneurs le duc de Guize et le cardinal son frere le vendredy avant-veille de Noël, 1588.*

(3) P. L'Estoile : *Les belles figures et drolleries de la ligue,* p.VIII.

« lamentation en l'armee royale pour la mort de Henry 3
« autant vid-on d'asseurance, de joye et de contenance
« allaigre és Ligueurs surtout dedans Paris. L'on n'y en-
« tendoit que risees et chansons (1). »

— *b*) Sed nesciebant miseri Parisienses fore ut

Urbis pene ruina
Debeat et Regni excidio cruor ille piari.
(IV. 326).

« Aussi sembla-t-il qu'apres ce coup les furies fussent
« sorties d'enfer pour renverser sans dessus dessoubz
« toute la France (2). »

2. *Cardinalis Borbonius rex declaratur Lutetiæ.*
Navarri patruum

pietate annisque verendum
Declarant Regem, faciemque et nomina nummis
Nequicquam insculpunt ; namque hunc in vincula Blezis
Conjectum. . . . .
Captivum multo cohibet custode Navarrus.
(IV. 340.)

« Le duc de Mayenne fit donner le tiltre et proclamation
« dedans Paris au cardinal de Bourbon prisonnier ; et
« battit-on monnoye d'or et d'argent au coin du roy Char-
« les X (3). »

3. *Tum vero in castris regiis fit tumultus,*

Et ritus debere novos explodere Regem,
Majorumque piis jam tandem assuescere sacris
Plurima turba fremunt.
(IV. 347.)

(1) Mathieu l. V, p. 9.
(2) Mathieu l. V. p. 9 b.
(3) Mathieu l. V. p. 9 b.

« Mais j'ai esté adverti, inquit rex ad suos, qu'il y en a « quelques-uns de la noblesse de ceste armee qui font « courir le bruit qu'ils ne me peuvent faire service, si je ne « fay profession de la religion romaine. (1) »

4. *Quid respondeat rex his qui eum relinquere parant.* — *a*) Novis sacris « A teneris assuevisse annis, » inquit ;

pietatem non omnibus illam
Permutem sceptris, non fulvi montibus auri.
(IV. 364.)

« Non seulement ceste couronne, mais l'empire de « toute la terre ne sont suffisants pour me faire changer « de la religion en laquelle j'ai esté institué et nourry des « les mamelles de ma mere (1). »

— *b*)

Videant num jus et suadeat æquum
Me sinere ut propriis operentur ritibus ; ipsos
Cogere, ut a sueto referam vestigia cultu.
(IV. 360.)

« Je vous laisse á penser combien il est á supporter á « moy qui suis votre Roy, et qui vous laisse en liberté de « votre religion, qu'il y en ait d'entre vous, qui s'efforcent « à me vouloir ranger inconsultement à leurs frivoles « opinions (1). »

— *c*)

A veræ si Relligionis aberrem
Tramite, diffugiam meliora capessere doctus.
(IV. 366.)

(1) *Harangue et declaration faicte par le Roy Henry IIII aux Seigneurs devant la ville de Paris le huictiesme jour d'aoust 1589.*

« Je suis resolu de ne contrevenir à mes sermens, premier que d'estre instruit par un sainct concile auquel « d'abondant je me soubmets (1). »

— *d*)

Sane abeant, quibus ista sedet sententia cordi ;
. . . .
Mihi robur opesque
Amplæ aderunt, aderit justi Deus author et ultor
Imperii.

(IV. 371.)

« Que telles gens donc ne craignent point de me requerir leur congé...j'ay assez d'amis à mon commandement. « Et quand tout cela me defaudroit, j'ay Dieu tout asseuré « qui m'a des ma naissance et jusqu'à present accompagné (1)... »

— *e*)

Jamque parant multi discessum et castra relinquunt
(IV. 380.)

« Toutefois plusieurs, les uns qui à la verité avoient « congé du feu roy, pour le long sejour qu'ils avoient faict « en l'armee, et aussi que c'estoit en la saison que chacun « veut aller faire sa moisson ; les autres pour prendre « loisir de se resoudre de ce qu'ils auroyent à faire, se retirerent de ladite armée (2). »

5. *Rex Neustriam petit.*

Postquam aciem et numeros descrescere vidit in horas,
Nec tantæ ad muros urbis considere tutum ;

(1) *Harangue et déclaration du Roy...*

(2) *Vray et sommaire discours de ce qui s'est passé en l'armee conduite par Sa Majesté tres-chrestienne, depuis son advenement à la couronne jusqu'à la fin de l'an 1589. (Memoires de la Ligue* (1594), l. V. p. 23 b.)

Agmine partito, (tamen ut conjungere promptum
Et procline foret) rapit ipse in Neustria partem
Littora... ....
Reginæque aucturus opes legione Britanniæ

(IV. 387.)

« Le Roy donc voyant son armee se diminuer et « l'affection d'aucuns de ceux de dedans Paris aucunement refroidy (1), Sa Majesté judicieusement se resolut « de separer son armee en trois... que si l'ennemy luy « venoit en gros sur les bras, que lesdites deux parties « separees se peussent en peu de temps rejoindre à luy (2)... « Tant pour recevoir secours de l'Angleterre que pour « s'asseurer de quelques places et passages (3). »

§ 6. — Pugna ad Dieppam

1. *Enumerantur vires utriusque exercitus,*

Nam bis dena suis numerabat millia castris,
Terna equitum, ordinibus pedes implet cætera longis ;
Sub signis at quinque aderant vix millia Regi,
Mille vehuntur equis, pedibus pars maxima fertur.

(IV. 429.)

« Ledit sieur de Mayenne que l'on dit avoir plus de « trois mille chevaux et quatorze à quinze mil hommes « de pied... L'armee de Sa Majesté pouvoit estre de plus « de mil bons chevaux, de deux regimens (4). »

(1) Palma Cayet, p. 183.
(2) *Vray et sommaire discours... (Mémoires de la Ligue* (1594), l. V. p. 24 b.)
(3) Mathieu l. V. p. 10.
(4) *Vray et sommaire Discours... (Mémoires de la Ligue* (1594), l. V. p. 24 b.)

2. *Iter exercitus regii et locus pugnæ.*

Neustriacos quatiens campos Rex oppida partim
Multa domat, partim portas pandentibus ultro
Civibus ingreditur ; tandemque ad fida Dieppæ
Mœnia pervadit. Spatioso urbs inclyta portu...
(IV. 415.)

« Le roy prit en passant les villes de Meulan, Gisors « et Clermont. Le capitaine Roullet qui commandoit dans « la ville de Pont de l'Arche l'estant venu trouver lui « apporta toute asseurance de la fidelité et obeissance de « tous les habitants de ladite ville... Il donna jusqu'à « Dieppe qui est un des meilleurs ports de mer de toute « la Normandie (1), »

3. *Meduani jactantia.*

Spem mente haurit Meduanus inanem,
Vi subita invalidis hærentem in mœnibus ipsum
Posse capi ; aut toto cogendum excedere regno
Et petere arrepta vicinos puppe Britannos.
(IV. 424.)

« Mayenne prit la resolution d'ammener toutes ses for- « ces, de passer la riviere et venir chercher le Roy, qu'ils « publioyent desia tenir en leurs mains (2). » « La Ligue « avoit la folle esperance de chasser le Navarrois en « Angleterre (3). »

4. *Rex pago « Arques » vallum obducit.*

Mox deserit urbem
Quattuor et pagum distantem millia castris,
Occupat, et fossa festinus et aggere cingit.
Hinc tormenta locis ingentia collocat aptis.
(IV. 437.)

(1) *Vray et sommaire Discours...* (*Mémoires de la Ligue* (1594) l. v. ,. 23/b.

(2) *Vray et sommaire Discours...* 26/b.

(3) Mathieu, ibid. p. 11/b.

« Le roy se resolut d'aller loger à Arques, à deux « lieues de Dieppe, et en trois jours fit un retranchement « tel à ses troupes que le fossé ès moindres lieux avoit de « sept à huict pieds de haut, sur un costau au-dessus du « bourg, ou fut placee l'artillerie (1). »

5. *Meduanus Regem invadit.*

Advolat et propere recipit quæ dedita Regi
Oppida nuper erant. (IV. 447.)

« Cependant le duc de Mayenne s'estoit amusé à « reprendre Gournay, Neufchastel et Eu (2). »

6. *Meduanus repellitur.* Dum primo « congressu irrumpere sperat »,

fossa ingenti valloque repulsus,
Tum tormentorum tonitru, vastisque pilarum
Ictibus arcetur. (IV. 451.)

« Les Ligueurs descocherent sur la troupe du Mares- « chal de Biron et luy firent quitter la tranchee, dont ils « se saisirent, mais n'en jouirent pas longtemps... car le « Roy fit ammener promptement deux canons dont il fit « tirer dans le gros des Suisses ennemis, qui avec quelque « cavallerie faisoient la retraitte, en laquelle ils furent fort « endommagez du canon (3). »

7. *Rex vallum deserit.*

et hosti
Funera multa dedit, passus Rex pauca suorum.
(IV. 470.)

(1) Mathieu, l. V. p. 11 b.
(2) Mathieu, l. V. p. 11 b.
(3) Ibid. p. 12.

« Le Roy tailla lors aux ligueurs beaucoup de besogne « par les escarmouches continuelles (1). »

8. *Meduanus recedit.* Sed cum fama caneret socios regis advenire et

rapido cursu conjungere vires,

. . . .

Abrumpit Meduanus opus, longeque recedit.
(IV. 482)

« Sur les nouvelles que le comte de Soisson, le duc de « Longueville et le mareschal d'Aumont estoient à vingt « lieues d'Arques avec leurs troupes pour renforcer celles « du Roy, les ligueurs se retirerent honteusement (1). »

9. *Rex Lutetiæ improvisus adest.* « Junctis agminibus et peditis Britannici fortibus auxiliis, tecta ante urbem » invadit,

Oppida quæ possint opibusque et mole videri.
Illa sub Auroram simul omnia milite partes
Diviso in varias invadit, et impete vasto
Rex superat ; trepidi portis atque Urbe recepti
Custodes.
(IV. 495.)

« Ayant recueilli les quatre mille Anglais qui luy « estoient envoyez par la Royne d'Angleterre, le Roy par- « tit le vingt-uniesme jour d'octobre et arriva le trente- « uniesme au village de Baigneux et fit loger son armee « és village de Mont-rouge, Gentilly, Icy, Vaugirard et « autres plus proches (2). » « Le lendemain Sa Majesté fit « attaquer les Fauxbourgs du costé ou il estoit, par trois

(1) Mathieu, l. V. p. 12.

(2) *Vray et sommaire Discours... (Mémoires de la Ligue* (1594) l. V. p. 33 б.)

« trouppes, et en trois divers endroicts... Et furent les « assiegez suivis de telle furie, que peu s'en fallut que les « Royaux n'entrassent avec eux pesle-mesle dedans la « ville (1). »

10. *Rex pugnandi avidus est.* Postquam prodire nunquam hostes vidit, sed fidere muris,

ad pugnam si qua perducere possit,
Progreditur campis, aciemque ostendit in armis
Fulgentem late, et vacuo longum æquore perstat.
Nulla ubi Parisidum Meduanique agmina contra
Procedunt, alias victricia signa per oras
Circumferre parat.
(IV. 508.)

« Et le jeudy deuxiesme dudict mois Sa Majesté atten-« dit, pour voir s'ils feroient quelque sortie, mais ce fut « en vain : et le vendredy matin elle se resolut de sortir « desdicts faux-bourgs, et se mettre en bataille à la veuë de « ladicte ville, pour offrir le combat à ses ennemis, et « ayant demeuré depuis huict heures du matin jusques à « unze, sans qu'il parust jamais personne, elle en par-« tit (1). »

§ 7. — Pugna ad Ibriacum.

1. *Meduanus pugnat invitus.*

« Dictis amaris » petitur a Parisiis qui « reposcunt pro-« missa pellendi haud longo tempore Borbonii ». (IV. 541) « Mayenne importuné des Parisiens fut contraint d'apai-« ser leur crierie par quelque avantageux effet de ses

(1) Mathieu, l. V. p. 13 et 13 b.

« armes... Les Espagnols firent tant presser le Duc de « Mayenne par le legat qu'ils avoient à leur devotion, « qu'ils le contraignirent de tenter la fortune des ar- « mes (1). »

2. *Meduanus vires suas contrahit.*

Ille recensitis numeris, jussisque parari
Ad pugnam, auxilium Batavis festinat ab oris
Excipere. Egmundo quingenti et mille magistro
Insultant campis equites.
(IV. 586.)

« Il avoit lors deux fois autant de forces que le roy en « avoit : toutefois n'estimant pas son advantage assez « grand, il voulut au prealable se renforcer du secours de « quinze centz lances et environ cinq centz harquebuziers « que le Duc de Parme luy envoyoit, et alla les recueil- « lir (2). »

3. *Quid faciat Rex.*

Tunc urbem exiguam Rex obsidione premebat.
. . . .
Protinus instructis aciem procedere lætus
Imperat ordinibus, quo nuntia fama ferebat
Adversas campis Meduanum immittere turmas.
(IV. 604.)

« Cependant le Roy assiegeait Dreux où il fut adverti « que le Duc joint aux forces du Pays bas publioit desià « une bataille... et commença des lors de faire marcher « son armee en bataille (2). »

(1) Peleus : *Histoire de Henri le Grand,* Paris, 1615 ; l. xi, p. 867, et l. xii, p. 2.
(2) Mathieu, l. V, p. 16 a et 16 b.

4. *Regii milites gaudio exsultant.*

Ut primum apparere acies procul hostica cœpit
Regius omnis eo fert sese exercitus ardens
Exsultatque ferox et pugnæ laudis amore.
(IV.608.)

« Si tost que l'on eut la nouvelle que le Duc de « Mayenne parroissoit, l'on entendit une allegresse uni- « verselle en toute l'armee, á laquelle sa Majesté fit au « mesme temps tourner la teste, du costé ou il estoit (1). »

5. *Nocte facta Rex vigilat.*

In vili sed enim Rex stramine fusus
Traxit ubi exiguum per languida membra soporem,
Consurgit ; quibus et numeris, qualique figura
Compositum agmen agat, peditum qua parte maniplos
Qua turmas equitum statuat. . . . .
. . . . tacitus secum ipse volutat
Et niveæ exemplar designat in æquore chartæ.
Quod postquam acciti, nundum pellente tenebras
Aurora, videre Duces, mirantur et artem.
. . . .
. . . . . toto nec quicquam ex ordine mutant,
(IV. 620.)

« S'estant jetté sur une paillasse et ayant reposé deux « heures, soudain il commença á envoyer querir des « nouvelles de l'armee de l'Union (2). »

« Sa Majesté traça elle-mesme le plan et l'ordre de sa « bataille, lequel des le grand matin elle monstra á Mon- « sieur de Montpensier, et á Messieurs les Mareschaux « de Biron et d'Aumont et Baron de Biron, et autres capi- « taines, qui tous d'une voix le trouverent si bien, et avec

(1) Mathieu, l. V. p. 16 a et 16 b.

(2) *Discours veritable de la victoire obtenue par le Roy pres le village d'Ivry le 14 mars 1590.* Tours, 1590 ; p. 35. Cf. P. Cayet, p. 223.

« tant de jugement et prudence militaire, qu'ils n'y chan-
« gerent rien (1). »

6. *Omnes orant Deum.*

Numinis auxilium demissis mentibus orant,
Et pacem implorant, scelerum veniamque suorum.
At Romana quibus cordi sacra, templa frequentes
Implent, et castis sua fassi crimina Mystis
Procumbunt aris humiles, summoque Parenti
Ore animoque pio crustum venerabile libant.
Inde ubi divertere domos, et corpora victu
Firmant, alacres in campum et prœlia pergunt.
(IV. 634.)

« Et l'on vit aussi tost les eglises dudit Nonancourt « plaines de Princes et Seigneurs, Noblesse et sol- « dats de toutes nations, ouir messes, se communier, et « faire tous offices de vrays et bons catholiques. Ceux de « la Religion firent aussi de leur part leurs prieres et « devotions. » « Et de là chacun alla repaistre... et la « nouvelle que ce jour-là se donneroit la bataille, les « remplit tous d'allegresse (2). »

7. *Qui vestitus fuerint Meduani regiique exercitus.*

Omnibus his auro chlamydes ostroque decoræ
Arma obeunt, et equos, vestigia ad ima fluentes.
(V. 30.)
Non tinctæ his murice vestis
Non chlamydum usus adest ; at toto corpore ahenis
Horrescunt squammis, et ferri luce coruscant.
Ferrum humeris, ferrum capiti, validisque lacertis
Tegmen habent. . . . .
. . . . sculpta arte magistra
Signa putes in equis hominum non corpora ferri.
(V. 10.)

(1) Ibid. p. 10-11.
(2) Ibid. p. 12-13.

« L'armee de la Ligue estoit bien plus chargee de « clinquant d'or et d'argent sur les cazaques ; mais celle « du Roy l'estoit bien plus de fer, et ne se pouvoit rien « voir de plus formidable, que deux mille Gentils-hom- « mes armez à cru depuis la teste jusques aux pieds (1). »

8. *Insignia regis:*

pugnacis equi cervicibus albas
Ostentat pennas, et summæ vertice cristæ.
(V. 6.)

« Encore qu'il fust assez remarquable par un grand « panache blanc qu'il avait à son accoustrement de teste « et un autre que portoit son cheval (2). »

9. *Acies utriusque exercitus.*

— *a*) Acies regia :

Arduus in primo Rex principis ordine turmæ
Quam clari proceres, et robora lecta virorum
Componunt. (V. 4.)
Ad dextram obtusis et lævam cornibus adstant
Turmæ aliæ (V. 16.)

quibus Almontius, Biro, Montpenseriadesque ductores sunt.

« Ladite Majesté estant à la teste de son escadron, « dont les premiers rangs n'estoient que princes, comtes « et barons, chevaliers du Sainct-Esprit et principaux « seigneurs et gentilz-hommes des principales familles « de France.... Le front de l'armee royale estoit quasi « en droite ligne, toutefois faisant un peu de corne par « les deux bouts (1). »

(1) Ibid. p. 28-32.
(2) Ibid. p. 39.

— *b*) Acies fœderatorum :

At movet arte pari Meduanus et ordine contra
Structam aciem, portenta magis ni cornua distent.
. . . .
Acer principem agit turmam (Meduanus).
(V. 22.)

« L'ordre et disposition de l'armee des Ligueurs estoit « quasi pareille à celle de sadicte Majesté, excepté que « les poinctes advancoient davantage et avoient un peu « plus de la forme de croissant. Ainsi que la cornette de « sadicte Majesté estoit au milieu de ses escadrons, si « estoit celle du Duc de Mayenne (1). »

10. *Varii pugnæ congressus.*

— *a*)

Excussis jam utrinque pilis tormenta fragorem
Horrificum dederant.
(V. 33.)

Tum Meduanus jubet levia equitum arma erumpere, quibus obvius

Irruit, et certamen atrox Almontius infert.
Hi versis referuntur equis, premit ille fugaces :
Non tamen insequitur longe, reditumque parabat
Ad Regem (sic jussus enim), cum Theutones illum
Hostili ex acie invadunt : at pectore magno
Excepti, nullis perrumpere viribus ut se
Posse vident, retro referunt vestigia lenti.
(V. 39.)

« Le Roy avoit fait tirer neuf canonnades... Apres

(1) *Discours veritable de la victoire d'Ivry*, p. 28-30.

« trois ou quatre volees de part et d'autre, l'escadron de « leurs anciens chevaux legers, tant François, Italiens, « qu'Albanois voulut avancer pour venir à la charge « contre celui du Mareschal d'Aumont. Mais le Mareschal « voulut entamer le combat et le leur fit à eux-mesmes « si rude et si furieux, qu'il les perça de part en part, et « aussi tost l'on ne vid plus que leurs dots et les croupes « de leurs chevaux, les menant batant jusques à un petit « bois qui estoit derriere, ou il fit ferme pour venir « retrouver le Roy, comme il en avoit eu commande- « ment ; au mesme temps que ceux-là fuyoient, l'host « des Reistres de leur main droitte qui vouloit venir vers « l'artillerie, y trouvant les chevaux legers qui s'y estoient « advancez, leur fit une charge qui fut si bien receuë que « sans les enfoncer, ils tournerent tout court se rallier « derriere (1). »

— *b*)

Rursus in Almonti numeros, quoniam impete vasto
Theutonicæ visi paulum inclinare procellæ,
Belgæ ibant equites ; occurrit at obvius illis
Egregius virtute Biro, et quia fronte nequivit
Irruere adversa, obliquæ postrema catervæ
Perrumpit.
(V. 50)

« Cependant un autre escadron de lances de Vallons « et Flamens, voyant lesditz chevaux legers de sadicte « Majesté un peu separez de ce grand effort qu'avoit fait « parmy eux ceste trouppe de Reistres, leur voulut venir « faire une autre charge ; mais le Baron de Biron s'avança

(1) Mathieu, l. V, p. 17 b.

« et ne l'ayant peu prendre par la teste en print une par-
« tie de la queue qu'il perça (1). »

— *c*)

Reliquis duro certamine Princeps
Congreditur ; dejectus equo, subitoque repostus
Dat stragem ; adversos hinc atque hinc proterit hostes
Montpenseriades, vincendique adstruit omen.
(V. 55.)

« Au devant du reste Monseigneur de Montpensier « s'achemina, et leur fit une terrible charge, en laquelle « ayant esté porté par terre et incontinent remonté, s'y « comporta avec telle valeur qu'il demeura maistre de « la place (2). »

— *d*) Pugna fit universa.

Tum mediæ horrifico motu, quo terra tremiscit
Concurrunt acies ; primusque hostilibus acrem
Rex turmis immittit equum.
(V. 59.)

« Le gros escadron du Duc de Mayenne, lequel il « n'avoit fait si fort que pour combattre sa Majesté, s'ad- « vança pour venir à la charge faisant marcher à sa « gauche quatre cens harquebuziers à cheval, qu'ils « appellent carabins, lesquels firent une salve de vingt- « cinq pas pres de celuy de sadicte Majesté. Ladicte « salve achevee, la teste desdicts gros escadrons affronta « celle de celuy de sadicte Majesté, du front duquel on la « vid partir la longueur deux fois de son cheval. »

(1) Mathieu, l. V, p. 17 b.
(2) *Discours vray et veritable de la bataille d'Ivry*, p. 33.

« Aspera pugna fit » (V. 69.), « Ceste rencontre fut tres « furieuse (1). »

— *e*) Sed Meduanus « aspicit insignem catervam equitum immunem pugnæ, quam providus Rex stare quietam jusserat » et cui

> Imperat haud seris magnus Biro fractus ab annis.
> Hoc ducis intuitu Meduani concidit omnis
> Spes vigorque animi.
> (V. 94.)

« Le Roy alla trouver le Mareschal de Biron qui estoit « demeuré ferme avec la troupe de conserve, laquelle sans « frapper avoit autant ou plus faict de mal aux ennemys « que nulle autre. Parce qu'ayant veu cela sain et entier, « et à la teste ce vieil gendarme et general d'armee, ils « jugerent bien qu'ayant tant entamé de batailles en sa « vie, il sçauroit bien achever d'en rompre une desja « demye esbranlee (2). »

— *f*) Tum Meduanus « dato signo revocat suos et terga vertere jubet ».

> At vero media pedites in morte relicti
> Cæduntur passim ; texit clementia Regis
> Helvetios. (V. 106.)

« En moins de rien on vid le dos de ceux qui venoient « presenter si furieusement le visage... Sadicte Majesté « eut le plaisir de voir ses ennemys lui laisser la place « toute couverte de leurs morts ; et ne restoit plus que les

(1) Ibid. p. 37.
(2) Ibid. p. 41.

« Suisses : sa Majesté se contenta de leur faire grace (1). »

— *g*) Rex profugos insequitur.

Ast ipsum haud potis est Meduanum æquare sequendo
Finitimique moram pons dirutus attulit amnis.
(V. 113.)

« Quand sa Majesté fut arrivee à Ivry, elle trouva que « le Duc de Mayenne estoit pieça passé, et avoit apres « luy rompu le pont (2). »

§ 8. — Lutetia obsidetur.

1. *Rex præsidiis Urbem undique cingit*

Oppida præsidiis supraque infraque potitus
Occupat, et fluvio penitus commercia tollit.
(V. 171.)

« Et chemina en intention d'oster le commerce de la « riviere à Paris (2). »

2. *Commeatus comparant Parisii*

Continuo frugum genus omne, et copia Bacchi
Utile quicquid equis, quicquid mortalibus aptum
Usibus invehitur ; totis armenta gregesque
Compellantur agris.
(V. 203.)

« On fit provision de la plus grande quantité de choses

(1) Ibid. p. 42.
(2) *Discours veritable de la victoire d'Ivry*, p. 46.

« qui defailloient, ou au moins de celles qui estoient plus « necessaires, entrant en icelle tres grande quantité de « bled, d'avoine et autres grains, jusques à trois mille « muids et davantage, et plus de dix mille muids de « vin (1). »

3. *Muri reficiuntur.*

Tum cura novandi
Succedit muri, longo qua nutat ab ævo.
Ocyus incumbunt studiis ardentibus omnes.
(V. 208.)

« Ils commencerent a fortifier leurs murailles... Ils « envoyoient tous les jours des hommes de chaque mai- « son pour travailler (2). »

Quin matres ipsæ succedunt labori ;

Vimineisque humeros candentes corbibus aptæ
Cæmenta imposita, et glebas in mœnia portant.
(V. 220.)

Utrum huic operi re ipsa incubuerint, non invenimus unde probaremus. Fama est vero ipsas aliis saltem oneribus optasse humeros :

Les Dames de la ville
D'un courage fort bon
Alors sur les murailles
Troussant leur cotillon
Portant des confitures
Et aussi nourritures
Pour ces braves soldats
Jettant feux d'artifices
Contre ces heretiques
Par dessus les ramparts (3).

(1) Pierre Corneio : *Discours bref et veritable des choses plus notables, arrivees au siege memorable de la renommee ville de Paris, et defense d'icelle, par Monseigneur le Duc de Nemours, contre le Roy de Navarre,* Paris 1590, p. 11-13.

(2) Ibid. p. 13.

(3) *Belles figures et Drolleries de la Ligue,* par Pierre Lestoille, p. IX.

4. *Quo animo Parisii tum primum obsidionem tolerarint.*

> Plurima in urbe quies, et apertis quisque tabernis
> Suetum exercet opus, nec non commercia fervent
> Nec fora facundis cessant resonare patroni.
> (V. 232.)

« Tout cela estonna si peu ceux de Paris que pour cela « ils n'ont serré leurs boutiques ny moins l'exercice de la « Justice ny les Estudes n'ont cessé un seul jour (1). »

5. *Quid speret Rex.*

> Scilicet immenso victum mox defore vulgo
> Spes erat, atque aliquos intus contingere motus.
> (V. 229.)

« Il pensoit bien que la ville de Paris ayant esté quinze « jours en cest estat (sans qu'il y entrast chose du monde) « seroit contrainte de se rendre, ou pour le moins qu'il « y auroit quelque mouvement et mutinerie dans la « ville (2). »

6. *Parisiorum pietas.* Nulla gens « æque tenax erat sacrorum ».

> Effusi tectis omnes, ordo omnis et ætas
> Omnia templa adeunt, omnes volvuntur ad aras,
> Supplicibus pacem votis, veniamque precantes
> Auxiliumque sibi supremo ab numine poscunt.
> (V. 240.)

« L'on faisoit des processions fort devotes de gens qui « alloient nuds pieds, et se faisoient en chaque paroisse « des prieres de huict jours, où avec grande devotion le

(1) *Discours veritable de tout ce qui s'est passé en la ville de Paris... Mémoire de la Ligue* l. v., p. 36 b.

(2) P. Corneio : *Discours bref et veritable...* p. 24.

« S. Sacrement mis sur le maistre autel, elles se fai-
« soient continuellement, et ainsi l'une apres l'autre en
« faisoit de mesme, et là les nuicts les oraisons conti-
« nuoient comme de jour (1). »

7. *Pietas præcipua in Dei Genetricem :*

Huic Lauretani figendam in culmine templi,
Si stare incolumes, atque hostem pellere detur,
Argento solidam solemni lampada voto
Promittunt ; curvæque argentea texta carinæ
Singula cui niteant simili armamenta metallo.
(V. 422.)

« Et en une assemblee de la ville qui fut faite, l'on fit
« vœu, au nom de toute la ville, à Nostre-Dame de Lau-
« rette, et promit que si tost que l'on seroit delivré de ce
« siege, on luy feroit present d'une lampe, et un navire
« d'argent pesant 300 marcs (2). »

8. *Obstinati animi obsessorum.* « Sacri oratores animos in prœlia firmant ; » inde cives

extrema prius statuunt perferre malorum
Quam vetitis Regem pollutum admittere sacris.
(V. 255.)

« Les predicateurs de la faction des Seize n'oublioient d'encourager le peuple à endurer, *pro aris et focis*, pour Dieu, pour la religion, pour la patrie (2)... » « Les principaux bourgeois et capitaines de la ville jurerent tous de mourir plustost que d'admettre un heretique pour leur Roy (3). »

(1) Ibid. p. 33.
(2) P. Cayet, p. 260.
(3) P. Corneio : *Discours bref et véritable...* p. 23.

9. *Omnes arma gerunt.*

— *a*)

Copia militis ingens
Turba ex civili superest. (V. 262.)

Acrius invigilant cives, ac mœnibus astant
Assidui, et varia excubias statione frequentant.
(V. 401.)

« Chacun se delibera de mettre la main a la paste, les « uns donnoient quelque argent, les autres faisans la « guerre aux sorties et escarmouches avec l'ennemy (1). »

— *b*) Quin ipsi sacerdotes visi sunt in armis.

Lecta sacerdotum quin et manus arma capescit,
Nec precibus contenta piis placare Tonantem,
Defensum it patriam telis, ac tendit in hostem,
Tendere quas melius consuerat in æthera dextras.
Ductor eis Rosius.
(V. 266.)

« Il se fit aussi une compagnie de plusieurs moynes, « prestres et escoliers jusqu'au nombre de treize cens, « lesquels firent comme une monstre en armes parmy la « ville, de laquelle compagnie estoit capitaine Rose, « evesque de Senlis (2). »

10. *Sabaudi cura vigil.*

Ipse diem irrequietus agit, noctemque Sabaudus,
Circum errat vigiles, portas explorat, amice
Quemque monens ; curas et spargitur unus in omnes.
(V. 403.)

« Monseigneur de Nemours ne dormit ni jour ni nuit, « donnant ordre à fortifier et reparer les lieux les plus

(1) P. Corneio, p. 21.
(2) P. Cayet, p. 255.

« faibles, mettant quelquefois luy-mesme la main à l'œu-
« vre... à qui la louenge d'honneur est duë pour le travail,
« le soin, la diligence, la sagesse et discretion dont il a
« usé en la garde et defense de cette ville (1). »

11. *Deficienti cibo fit motus in populo.*

Hic quidam in vulgum miserandas spargere voces
Incipiunt, panemque sibi, vel poscere pacem.
Quos jubet arreptos tentati ferre tumultus
Supplicium, fractoque duos pendere Sabaudus
Gutture.

(V. 588.)

« Et comparut au Palais plus grande trouppe de gens « avec armes qui demandoient la paix ou du pain... Le « chevallier d'Aumale accourut au bruit, fit fermer toutes « les portes et emprisonner les armez, deux desquels « furent pendus (2). »

12. *Procerum liberalitas.* In medium ferunt ad solatium turbæ inopis « quidquid argenti aurive arte laboratum habent,pocula, lances,lapillos » (V. 592). « L'ambassadeur d'Espagne n'employa pas seulement tout ce qu'il avoit de deniers, mais aussi tout son credit, à s'engager, et vendit ses bagues et vaisselles d'argent, sans retenir qu'une vieille cuiller pour soy (3). »

13. *Atra fames.*

Et jam dira fames consumptis omnibus escas
Cogit in infames avidos convertere morsus.

(1) P. Corneio, p. 34.

(2) P. Mathieu, l. V. p. 22 b.— Hic motus a Rege ipso fuerat concitatus. Vide Cayet, p. 262.

(3) P. Corneio, p. 35.

Bellator jugulatur equus, vænitque macello
Frustatim ; non fida canem custodia morti
Non murem latebræ eripiunt, nec parcitur herbis,
Arboreisque comis, animantum et pellibus ipsis.
Talibus infectos alimentis undique tristes
Invadunt morbi ; populatur corpora tabes.
. . . .
. . . . Vix languida lumina tollunt
Semianimi jam non homines sed spectra, vel umbræ.
Ast alii contra distento corpore turgent.
Plurima densantur miserandi funera vulgi,
Perque domos, mediasque vias, et compita passim
Vitales auras crudeli morte relinquunt.
(V. 625.)

« La chair estoit fort chere à cause de la grande quan- « tité de chevaux et mulets que l'on y avoit mangé, comme « de deux mille chevaux et huict cens asnes que mulets, « et les pauvres mangoyent des chiens, des chats, des « rats, des feuilles de vigne et autres herbes qu'ils trou- « voyent, encore estoyent-ils fort chers... Les peaux mes- « mes et cuirs desdites bestes se vendoyent cuites... Ces « miseres et calamitez suivies de plusieurs maladies, « entre autres d'enflures, dont tous les pauvres estoient « tourmentez, comme l'hydropisie (1). » « On ne pouvoit « aller par les rues de Paris, sans voir un tres pitoyable « spectacle. Car on voyoit ces pauvres gens mourir de faim « à toute heure du jour (2). » « Et s'en trouvoit quelques « matinees cent, cent cinquante, et quelque fois jusques « à deux cens de morts de faim par les rues (1). »

14. *Clementia regis.*

At rex sollicitus quamquam obsidione molesta
Parisidum potius duras contundere mentes,

(1) P. Corneio, p. 53-55

(2) *Brief traicté des miseres de la ville de Paris. (Memoires de la Ligue* (1590) r. V. p. 155.)

Incolumique moræ pretium ratus urbe potiri
Murorum quam strage gravi populique cruento
Exitio eximium Regni succidere florem.

(V. 277.)

« La clemence naturelle du roy suspendit l'effet de sa « juste rigueur : il taschoit par deux moyens de l'amener « à ce poinct, que de luy faire recognoistre sa faute, et de « faire mourir la rebellion où elle estoit premierement « eclose. Mais voyant qu'elle estoit endurcie et opiniastree « en sa rebellion, il fut contraint de bouscher les portes par « la prise des faux-bourgs, et de continuer le siege, la « voulant avoir sans violence ny convulsions quelconques. « Sa Majesté se representoit que Paris estoit le principal « ornement de tout son royaume (1). »

De pugna ad Lagniacum qua Lutetia obsidione exempta est, nihil dicemus. Ex his enim locis quæ jam apellavimus satis constat veras esse res quæ in Lutetiade narrantur. Nunc vero breviter tantum inquiremus utrum Thomas de hominibus, id est, de Henrico III et Regina Medicia, de Henrico IV, de Guisio et Meduano idem censuerit ac ceteri historici.

§ 9. — Henricus III.

Depingitur rex ille ut

— *a*) *Religiosus.* Somno periculi instantis monitus, « edicit supplicium populis (I. 487.) ».

Humo rex et regina voluti
Cœlum onerant votis cumulant altaria donis.

(I. 517.)

(1) Pelens. l. XII, p. 55.

Sacra ducere per urbem perjucundum habebat atque medius ibat « stipante procerum caterva » (I. 505). « Il vivoit « plus en capucin qu'en Roy, il n'aimoit plus la guerre, « sa diane estoit le chant des Feuillantins, son champ de « bataille un cloistre, sa cuirasse un sac de penitent (1). »

Henry comme par passetemps
Employoit la plupart du temps
A son feint devot exercice,
Et proche des chaudes saisons
Aux masquees processions
Alloit pour couvrir sa malice (2).

Hanc vero religionem non sinceram esse ducit Thomas, cum hunc regem inducat sic loquentem :

Haud equidem patriæ quin Relligionis honores
Morte mea sancire velim.

(II. 88.)

« Henri menait toujours la mesme vie molle, effémi-« née, scandaleuse, mêlant de ridicules pratiques de « dévotion aux orgies de la débauche, échangeant tour à « tour le capuchon du moine contre le masque du coureur « d'aventures (3). »

— *b*) *Dissolutus*. Non alia ratione pacem religioni sancit nisi ut faciles degat annos (I. 104). Eum pater noctu monens sic alloquitur :

Dum tibi desidia est cordi, dum pondera rerum
Abjicis, inque epulis agitas et amoribus ævum.

(I. 462.)

(1) Mathieu, l. I, p. 14.

(2) *P. Lestoile ; Belles figures et Drolleries de la Ligue*, p. IX.

(3) Chalambert : *Histoire de la Ligue sous les règnes de Henri III et de Henri IV*. Paris Doniol, 1854. t. I, p. 92.— Cf. *Journal de Henri III*, t. I, p. 58, 60, 92.

« Il s'ennuyoit bien tost de la guerre ; comme sa nature « estoit molle, coulante et delicate, son esprit faible, « ravallé, et mal patient de peine, et toutes ses com- « plexions inegales, plus divisees et plus basses que « guerrieres, il recherchoit la vie tranquille et le repos. « Aussi bien tost il se tourna de tout point aux nopces et « aux danses (1). »

— c) *Ignavus*. Cum Guisius improvisus Parisiis adest, tumultu facto in urbe, « rex trepidat in arce Lupara ». (III. 155.) « Que cet accident donnast d'estranges tran- « chees au roy, il n'en faut point douter (2). »

Tunc Carnutum petit, ibique nihil « tutius ducit quam se Lotharenis jungere et parcere Parisiis ». (III. 270.) « En « vain le roy pense à se faire estimer bon penitent... Il « devoit parler en roy au duc de Guise il le devoit « faire sortir de Paris avec ses partisans, en roy : il devoit « demeurer, car si ses actes ne sont en roy ils ne valent « rien (2). » Patrato Blesensi facinore tanta regi fiducia est,

Alloquio ut molli, nutuque et nomine solo
Surgentes populi speret componere motus. (IV. 84.)

« Le roy commit une faute irréparable apres ce coup, « en s'amusant à se justifier et à flatter le peuple qui par « douceur s'efarouche et se retient par severité (3). »

— d) *Invidus et perfidus*. Guisio post victoriam ad Ulnellum invidet.

Nec jam Guisiadæ generosis præmia factis,
Invidiam at tantum Princeps odiumque rependit. (III. 116.)

(1) Mathieu, l. I, p. 14 a.
(2) Ibid. l. III. 64 a.
(3) Ibid., l. IV,, p. 133 a.

« La victoire d'Anneau est l'ordinaire cantique du « peuple, la rejouissance du clergé, la braverie des gen- « tilhommes de la ligue, la jalousie du Roy qui recognoit « bien qu'on ne donne ce laurier à la ligue que pour fletrir « le sien (1). » « Le Roy leur dit (à ceux de son conseil) « qu'il estoit resolu de se defaire du duc de Guise, qui « comme un nouveau orient estoit adoré de tout le peu- « ple (2). »

Cæde apud Blezas « violat regni conventus quos juravit præstare tutos » (III. 478). Faliere profitetur fas esse sibi

Illum etiam qui jura fidemque fefellit.
(III. 483.)

« Tant plus le duc entre en defiance et plus les faveurs et caresses non accoutumees du roy le retiennent (3). »

§ 10. — Regina Medicia.

Hæc regina rem publicam ad suam ambitionem accommodari vult. Una ex parte Borbonium odio prosequitur, qui ejus filiam gravi rumore repudiavit; ex altera cupit sceptrum transcribi Lothareno nepoti (4) (I. 394 et 397). Inde avida fit belli, et cunctantem Guisium accendit (I. 399), promittens se regis iram mollituram (I. 404). Cum Parisii invehuntur in regem, ipsa mittitur ut populi iras temperet (III. 156). Hujus indolem optime poeta paucis verbis effinxit.

(1) Mathieu ibid. l. II. p. 46.— Cf. de Thou. l. 87, p. 199. Castræum de victoria plenius edocentem excepit « haud occulta livoris significatione. »

(2) Mathieu ibid. l. IV, p. 142 b.

(3) Ibid. p. 146, a.— Cf. de Croze : *Les Guises, les Valois et Philippe II,* Paris 1866, t. I, p. 225.

(4) Qui filius ejus filiæ erat, quæ Carolo III Lothareno duci nupserat.

Non illa exercita curis
Femineis, neque acu, vel agendo callida fuso
Sed populos regere et pacem bellique tumultus
Ingenti moderari animo, communibus illa
Tum quoque cum nato regnum flectebat habenis.
(I. 115-119.)

Idem censuit de illa Thuanus : « Femina vasti animi, « quæ per turbas a se sæpius excitatas et compositas, circiter annos XXX in regno grassata ex calamitate « publica eam utilitatem cepit, ut omnem authoritatem ad « se contraheret, et cum virilibus curis feminarum vitia « exuisset filiorum animos, ad explendam ambitionem, « vanis voluptatibus occupavit (1). »

« Lorsque la France estoit tranquille, inquit alius historicus, elle estoit contrainte de filler sa quenouille en « sa maison, son fils ne luy laissoit la charge ny le maniment d'aucune chose. Pour recouvrir sa puissance, il « luy a fallu brouiller les cartes, ou s'entendre avec ceux « qui les brouilloient : autrement elle estoit inutile ; ce que « son esprit certe nullement capable de petites choses ne « peut jamais souffrir : et de ceste grande princesse, on « peu dire comme d'Agrippine : *Virilibus curis muliebria « vitia exuisse*, si cela n'estoit un vice de femme (2). »

§ 11. — Henricus IV.

Inducitur hic rex

— *a*) *Pius in Deum*. Ante pugnam ad Cautrasium monet milites « sacrorum tuendorum » ; piis viris « Christum ab æthere favere » (II. 649). Cum interfecto rege Hen-

(1) De Thou. *Historiæ*, l. 94, p. 387.
(2) *Recueil des excellents et des libres discours sur l'estat de la France*. 1606.

rico III admurmuratio in castris fieret, eum debere novos ritus explodere, respondit : « Nihil pietate prius esse ; si veræ relligionis tramite aberret meliora doctus errorem se pio cultu mutaturum (IV. 366). » « Et quand tous me « defaudroient, j'ay Dieu pour tout asseuré, qui m'a des « ma naissance et jusques à present accompagné de ses « saintes et miraculeuses benedictions, comme tous estes « temoins..... Je suis resolu de ne contrevenir a nos « sermens, premier que d'estre instruit par un sainct con- « cile auquel d'abondant je me soubmets, et je jure l'en- « suyvre (1). »

— b) *Peritus se plebi insinuandi.* Ejus facilitatem quam toties celebrarunt historici his verbis Thomas exprimit :

Nec minus ille suis blandus, quam fortis in hostem
Arridet, tenditque manus, passimque salutat.
(IV. 529.)

« Le roi ne se montrait point chiche de belles paroles, « temoignant de la confiance aux princes... il estoit affa- « ble et familier (2). »

— c) *Strenuus.* Ejus fortitudinem Thomas ad Cautrasium, Ibriacum aliisque locis aperit. Illam vero quandoque plus æquo extollit : nam apud Dieppam, dicit : « Borbonium cum audivisset advenenientem Meduanum, jam non sustinuisse includi muris altis » (IV, 435). Sed Mezerai docet Regem non tam metu levatum fuisse : « Il mit en deliberation s'il devait s'embarquer pour se « sauver en Angleterre. La pluralité des voix l'eût em-

(1) *Harangue et déclaration faicte par le roy Henri IV*, le 8 aoust 1589.
(2) Mezerai : l. XLII, p. 415.

« porté de ce côté là si les hardies remontrances du Maré-
« chal de Biron, qui pouvait beaucoup auprès de lui, « n'eussent fait rejeter ce lâche conseil (1). » Tectis sub urbe potitus dicitur Borbonius, « ad pugnam si qua perducere Parisios » posset, campos petiisse (IV. 408). Id vero alia ratione fecit : « Au bruit de l'arrivée de Mayenne, le roy « retira ses troupes des faubourgs dans la campagne (1). » Strenuum vero fuisse nunquam dubitarunt rerum scriptores : « D'une bravoure incomparable sur les champs « de bataille, d'une camaraderie militaire où l'autorité « d'un chef se dissimulait par un adroit mélange de bon- « homie et d'héroisme, Henri de Navarre se montra « d'abord le meilleur des hommes et le plus vaillant des « capitaines, en attendant qu'il devint le plus grand des « rois de France (2). »

§ 12. — Guisius.

Ducem illum paucis sic effingit Thomas :

> Illum florentem meritis patrisque, suisque
> Laudibus æquabant cælo, gratique gerebant
> Inque oculis Galli, inque sinu : nec vana vigebat
> Gloria factorum ; ille adeo a puerilibus annis
> Pro patria assuetus, pro Relligione parentum,
> Victrici bellare manu, et fœlicibus armis,
> Consiliis idem solers et rebus agendis
> Impiger ; alloquiis cunctorum mollibus aures
> Adjungens animosque sibi, sumptuque profuso.
> (I. 263.)
>
> Acri laudum perculsus amore (II. 365.)

Easdem indolis Guisii virtutes agnovit Thuanus : « Gui-

(1) Mezerai, l. LXII, p. 149 et 427.
(2) De Croze, l. II, p. 191.

« sium cujus nomen populis acceptum ob parentis fortis-
« simi memoriam, post primum in Pannonia factum tiro-
« cinium commendabat Pictavium defensum feliciter et
« postea fusus ad Theodorici — Castrum Guilelmi Momo-
« ranti Thorei auxiliaris exercitus, quibus locis decora et
« periculosa vulnera acceperat. Sed recens adulta jam
« factione et oculis populorum in eum conversis, rei bene
« gestæ in Lotharingia et mox Vimorii, ac postremo Ger-
« mani exercitus ad Alnetum profligati memoria, summam
« apud omnes gratiam illi conciliaverat... Erat in eo ad
« alliciendos homines mira comitas cum gravitate con-
« juncta, in arcano magis quam in publico facundia ad
« persuadendum efficax, profusa liberalitas, et obvia
« humanitas... Parcus somni, impiger hilari semper vul-
« tu... Tot naturæ dotes corrumpebat vasta ambitio (1). »

« M. de Guise possédait un de ces courages de cheva-
« lerie fréquens alors dans cette vie de tournois et de
« grands coups d'epée, mais encore la capacité, moins
« générale, de diriger les affaires. Affable, populaire, le
« duc de Guise servait avec zèle aux batailles comme aux
« conseils... Ce fut une merveilleuse popularité du
« temps (2). »

§ 13. — Meduanus.

His verbis depingitur Meduanus, qui sub fine tantum Lutetiados primas gessit :

Guisiade is non fratre minor, seu tempora poscant
Consilium, seu Martis opus. (II. 191.)

(1) De Thou, l. 93, p. 376.

(2) Capefigue : *Histoire de Réforme de la Ligue et de Henri IV*, Paris 1834, t. II, p. 15.

« Nec minor fama et virtute Meduanius, a plerisque etiam « major fratre habitus... Magnæ prudentiæ jam in illa « ætate (cum contra Turcas pugnaret) et fortitudinis laude « fœderati signa exercitus secutus est... Bellis civilibus, « fidei et constantiæ laudem ad virtutis militaris decus ad- « junxit (1). »

Sed ejus prudentia abibat sæpe in segnitiem. Indiget « stimulis » Parisiorum, ut pugnam committat (IV. 547). « Il était tardif à se résoudre, encore plus lent à exécuter, « négligent à poursuivre ses avantages (2). »

Jam satis et nimis fortasse multa loca cum Lutetiados tum rerum scriptorum appellavimus. Constat nunc et vera esse quæ canit Thomas et quibus e fontibus præcipue hauserit. Nunc nobis inquirendum quæ vis poetica huic carmini insit.

(1) De Thou, l. 93, p. 376.
(2) Mezerai LXII, p. 415.

CAPUT QUARTUM

De vi poetica Lutetiados

Non inconsulte, ut vidimus, Thomas opus aggressus est : quidquid narrat diligenter inquisivit, nec erroris conscius est. Quomodo suis æqualibus falsum proponere ausus esset ?Seriem temporum fideliter sequitur, ut accuratus historiæ scriptor. In fingendo valde cautus est : cur vero finxisset ? res ipsæ satis grandem largamque materiam præbebant. Nonne vis poetica quædam inest rebus egregie lepideque narratis ?

Hanc tamen historicam materiam utcumque non tractavit, sed ad normam antiquorum poematum distribuit. In hoc sita est tota ferme vis poetica Lutetiados : Si perquiramus sedulo omnes partes hujus carminis quæ Æneidos commonent, speramus nos id perspectum facturos.

§ 1. — De Deo, cælicolis et dæmonibus.

Sontes impiosque homines a Deo castigari bonosque donari beneficiis semper vulgo est creditum : hoc est fundamentum omnis religionis. In Scripturis Sacris prophetæ minantur servitutem et omnia mala Judæis, si cultu Dei neglecto sese ad idola gentium convertant. Non ali-

ter sentiebant Thomæ æquales, cum calamitatibus suorum temporum impietatem et vitia causam adscriberent. « De nostre impieté comme d'une source venimeuse sont sorties les fautes reelles qui ont ravagé nostre païs, qui ont espandu leur venin sur le membre le plus accompli de nostre bonne mere (la patrie) (1)... « Henry de Valois pour n'avoir pas pris garde à l'advertissement que donna jadis monsieur Sainct Remy, archevesque de Reims, au premier roy chrestien de France nommé Clovis, il a enfin perdu la vie, et sa couronne, ores qu'il l'eut perdue justement avant sa mort. Or cest advertissement est tel comme nous trouvons par escrit en la vie de ce sainct personnage, disant ainsi au susdit roy Clovis par esprit de prophetie, comme rempli du Sainct Esprit, à scavoir tout ce qui leur devoit advenir, et à leur semence et posterité, comment leur dite posterité par succession agrandiroit et gouverneroit honorablement le royaume et exalteroit la saincte Eglise et qu'elle auroit la jouissance de la dignité romaine et la jouissance de tout Royaume, qu'elle obtiendroit des victoires contre les assauts et cours des autres nations, si daventure iceux ne forlignassent de la vertu, ils vinssent à delaisser et quister la voye et sentier de la vérité, et vinssent à se glisser par infinis destours de vices au moyen desquels la discipline et maniere de vivre Ecclesiastique est meprisee et foulee aux pieds et par lequel Dieu est offensé, avec ce que les Royaumes sont ruinez et destruicts et transportez de Royaume en Royaume (2). »

(1) *Origine de la maladie de la France avec les remedes propres à la guarison d'icelle, avec une exhortation à l'entretenement de la guerre*. Paris, 1589, p. 4.

(2) *Origine de la maladie de la France*... p. 21.

Hanc suorum opinionem Scriptor ad normam antiquorum poematum in sua Lutetiade accommodavit. Antiqua religio circa quam totum versatur carmen habetur sicut Trojæ palladium, quo incolumi stante, secundum Apollinis oraculum, urbs nunquam ab hostibus diruetur. Idem docet Thomas de Gallia jam ineunte opere dicens : ex quo novi ritus et honorem templorum aboleverint,

> Ex illo antiqui decoris de culmine labi
> Paulatim, et tacita consumi Gallia tabe.
>
> (I. 36.)

Deus cœlicolas monet se velle diram Gallorum gentem evertere qui

> Infandas templis arisque dedere ruinas,
> Et sacra jam statuunt sacris contraria nostris.
>
> (I. 156.)

In Iliade Apollo jacula sua in Græcos detorquet propter injuriam suo sacerdoti illatam (I.8-52) ; ex quo Achillis ira ortum habuit. Cælicolæ in Lutetiade servare student Gallorum gentem, quam infensi dæmones penitus evertere volunt (1) : non aliter in Æneide se habent hinc Apollo et Venus indeque Juno.

Pater æternus in Empyreo, solio insidens, circumdatus « innumeris vario ordine mentibus » quibus sua numina nota facit, fideliter sane ut in Scriptura depingitur : « Salus Deo nostro qui sedet super thronum ; omnes angeli « stabant in circuitu throni et cciderunt in conspectu

(1) « Or Sathan comme un lion rugissant cerchant qu'il pourra devorer ; voyant ceste bonne et saincte alliance et reconciliation avec la bonne volonté des fidelles protestants royaux, il n'a sceu subsister en asseurance, d'autant que son train alloit fort mal. » *Discours entier et veritable des entreprises... sur la mort de Henry III.* Caen, 1589.

« throni in facies suas (1). » Sed procul dubio habebat poeta Olympum antiquum in mente cum scriberet :

> Talibus ætherii dictis ingentia cives
> Gaudia concipiunt, summo laudesque Parenti
> Fundentes, quatiunt cœlestem plausibus aulam.
>
> (V. 663.)

Cum princeps dæmonum suos ut stimulet in perniciem hominum adloquitur (III. 54-103), credas audire Junonem Allecto verbis acuentem (Æneid. VII. 286-340). Invidet hæc Dianæ et Trojanis, ille Christo et hominibus ; uterque dolet tot labores vanos fuisse, imminenti jam eorum victoria quos oderunt; uterque timet suo honori :

> ne noster honos infractave cedat
> Fama loco.
>
> (*Æn.* VII. 332.)

inquit Juno ; princeps dæmonum invehitur in Christum a Deo missum

> Qui nostrum imperium, nostros aboleret honores.
>
> (*Lut.* III. 62.)

Allecto in terras evocata se ostendit monstrum tartareum :

> tot sese vertit in ora,
> Tam sævæ facies, tot pullulat atra colubris !
>
> (*Æn.* VII. 329.)

Lutetiados dæmones « variis ferarum tergis (2) » induti

(1) *Apocalypsis*, c. VII. 10 et 11.
(2) Ibid. De variis tergis ferarum, c. IX, 7-11.

sunt, ut Lyncis et Leonis, vel etiam mixtis formis animalium, ne omissa quidem « sibila serpentis lingua (1) ».

Cum nihil vi possit Juno, suadet Stygii regis ministræ artes dolosque :

Tu potes unanimos armare in prælia fratres
Atque odiis versare domos ; tu verbera tectis
Funerasque inferre faces ; tibi nomina mille
Mille nocendi artes.
(*Æn.* VII. 335.)

Non aliam suis dæmonibus assignat Thomas agendi rationem :

Vertimur ad fraudes felicius...
. . . .
Confieri quantum arte potest, virtute doloque,
Promamus. . . . .
. . . .
Infernis sese latebris in Gallica promunt
Rura alacres, procerumque domos, et Principis aulam
Obsidunt, captantque modum, tempusque nocendi,
Tempore nec longo male provida pectora vexant
Dissidiis odiisque novis.
(*Lut.* III. 72-103.)

Multo magis hæret noster in veterum fabulis Deum cum depingit pensantem hominum sortes in statera :

Geminæ si pensa examine lancis
Hinc scelera, hinc sumptæ librentur in ære pœnæ ;
Ætheris hæ summi liquidam attollantur in arcem,
Illa gravi ad Stygios subsidant pondere Manes.
(*Lut.* V. 490.)

(1) In carmine inscripto *Guiseias, Militarem dolearis apparatus expeditionem id genus, et alia sparsim, complectens,* Parisiis, anno Domini 1588, sic dæmon Guisium compellat :
Te duce fœlici fanaticus exulet error,
Et semel intereat tam detestabile monstrum,
Quod peperit Stygiæ insatiata vorago Cavernæ,
Monstrum cui innocuo turgescunt sanguine mammæ,
Funditus intereat fex et sentina malorum,
Vulturis, horribili, triplicis fera pectora, felle
Rumpantur : sit vox (ut nuper) consona facto.

Non ignorabat illos Vergilii versus :

> Jupiter ipse duas æquato examine lances
> Sustinet, et fata imponit diversa duorum :
> Quem damnet labor, et quo vergat pondere letum (1). »
> (*Æn.* XII. 725-728.)

Verba et circuitus quibus Thomas utitur antiquorum etiam deorum et fabularum commonent. Cum scriberet enim latino sermone de rebus Gallicis, Calliopen invocat, et promittit se olim « Aoniam tubam perflaturum (25) », ut facta Ludovici XIII concelebret, si « Parcæ non abrumpant fila sua » (I. 16. Cf IV. 314). Frater regis dicitur « Gallicus Alcides » et cadit hostia « iratis fatis » (I. 215). Morte ademptum Roanum Vallensemque ingemuere « Britannica Thetis » et Ligeris « Nymphæ » (II. 170). Theutonicis equitibus desunt « pocula Bacchi » et « ipsa Ceres » (II. 352). Aquila vocatur « Ales Jovis » (II. 369). Pugna ad Cautrasium « sinistris auspiciis » commissa fuit (II. 501). Navarrus committit res suas « sorti dubiæ Martis » (II. 514). Agmina Joyeusæ sunt « Marti damnata » (II. 554). Armis ferus « intonat undique Mavors » (IV. 402). Navarrus compellatur « Princeps dilecte Tonanti » (III. 13). Princeps dæmonum est « tartareus Pluto » emersus ab « Orco » (III. 19) ; dæmones forma videntur

> Centauri, Satyrique leves, triplicesque Chimeræ,
> Gorgones, Harpiyæque, atque immanes Polyphemi.
> (*Lut.* III, 38.)

Si recte sentit noster de Deo et angelis utitur tamen sæpe verbis quæ magis ethnicorum fabulas quam catholicam doctrinam redolent. Vocem *Deus* numero plurali

(1) Cf. Homeri *Iliados* (VIII, 69-75 et XXII, 208-213.)

usurpat : Henricus II suadet filio ut « Deos » precetur (I. 473.); Parisii exquirunt pacem « Deum »; Joyeusa admonet suos ante pugnam cultus « deorum » servandi (II.656.) ; pro patria cultuque « Deum » mors beatis cœtibus infert (II. 604.) ; dæmon vocatur « divum » hominumque hostis (III. 41.). Fatum sæpius justo inducit : « si fata faverent » (IV, 428.) ; Gratia regum stat munere « fati » (III, 107).Quin de fato ut ethnici loquitur :

> Fatorum invictæ leges ut cuncta potenti
> Numine agunt, invita trahunt, proclivia ducunt !
> Consiliis hominum contra eluctantibus, ipsum
> Qui placuit, rerum norunt contingere finem ! (*Lut.*IV. 328.)

Procul dubio pro fato antiquo cogitabat voluntatem Dei ; sed male sonant verba hæc in christiano carmine, et manifestum faciunt quam parum sermo antiquus recenti historiæ conveniat.

§ 2. — De prodigiis.

Apud veteres poetas nihil canitur alicujus momenti, quin prodigia et vatum responsa nuntiaverint. Vide Æneida II, 171-179 ; III, 19, 68 ; VII, 37, 106, 115-129, 255-260. Apud Lucanum implent Superi terras prodigiis ut fati pejoris fidem faciant. « Tum monstrant

> cœloque volantes
> Obliquas per inane faces, crinemque timendi
> Sideris et terris mutantem regna cometen.
> (Phars. I. 529.)

In Lutetiade legimus :

> Principio cladis præsagia dira futuræ
> Apparent cœlo ; et radios crinemque minacem
> Sanguinei vibrant in Celtica rura cometæ.
> (I. 207.)

Hunc vero cometam non excogitavit noster sed ad ritum carminis epici tantum accommodavit. Anno enim 1577, apparuerat cometa dira pæsagiens, ut canebant: « Le jeudy « septiesme de Novembre commença à paroistre une comete « vers midi, dont la queue fort longue tiroit vers l'orient « estival ; elle se levoit avec la lune peu apres le soleil « couché et s'abaissoit sur l'horizon sur les neuf ou dix « heures du soir, et fut veuë quarante jours ; les sots « astrologues disoient qu'elle presageoit la mort d'une « Royne ou de quelque grande Dame, avec quelque re- « marquable et insigne malheur: ce qu'ayant entendu, la « Royne Mere entra incontinent en frayeur et apprehen- « sion que ce fust elle : sur quoy un docte courtisan com- « posa l'Epigramme qui s'ensuit, qui fut semé et divulgué « par tout:

« DE COMETA ANNI 1577

« AD REGINAM MATREM

« Spargeret audaces cum tristis in æthere crines
« Venturique daret signa cometa mali,
« Ecce suæ Regina timens male conscia vitæ
« Credidit invisum poscere fata caput.
« Quid Regina times ? namque hæc mala si qua minantur
« Longa timenda tua est, non tibi vita brevis (1). »

Non sidera modo futuram cladem Galliæ nuntiant in Lutetiade, sed responsa etiam vatum :

Et tristia vatum
Responsa attonitis terrorem mentibus addunt.
(I. 212.)

(1) *Journal de Henri III.* t. I. p. 21 Ibidem proferuntur alia præsagia. De Henrico III fertur, cum rex consecratus est apud Remos : « Quand on vint à lui mettre la couronne sur la teste, il dit assez haut qu'elle luy blessoit, et luy roulla par deux fois de la teste, comme si elle eust voulu tomber: ce qui fut remarqué et interprété à mauvais presage. » t. I, p. 10. Vide etiam ibid. p. 55 et 60.

Hujus in eventum mentes defixerat omnis
Gallia concilii ; et tristem fore (numen an omen
Illud erat ?) pavido passim rumore fremebat
Vicini hoc populi, vatum hoc responsa canebant.
(III. 490.)

Credere fas est Thomam hic Regiomontani vaticinationem significasse ; legimus enim apud Thuanum l. 90 : « Hic annus (1558) non furibundis vatum vocibus, sed certis « mathematicorum prædictionibus ubique mirabilis, præ- « cipue apud nos funestus fuit, regno florentissimo eorum « qui circa Regem erant, sive segnitia, sive imprudentia, « ipsiusque adeo Regis insita in consiliis capiendis tardi- « tate ac fatali cæcitate pæne everso. Joannes Mullerus a « cognomine in Franconia oppido Regiomontanus dictus, « secundum Ptolemæum omnium, qui nobilissimas has « artes tractarunt, doctissimus diu ante id præmonuerat « quatuor versibus vernacula lingua exaratis, qui in cas- « tellensi superioris Norici cœnobio hodie leguntur (1). »

§ 3. — De Somniis.

Somniis utebantur veteres poetæ ut heroas monerent instantis periculi seu capiendi consilii. Hoc artificium secutus est etiam Thomas et Vergilio quidem magistro. Cum Henricus II noctu filio regi apparet, dicas Hectorem imminentis periculi Æneam commonentem. Narrationis ordo idem est :

— *a*) Depingitur primum nocturna species. Apud Vergilium Hector

Squalentem barbam et concretos sanguine crines
Vulneraque illa gerens quæ circum plurima muros
Accepit patrios. (*Æn.* II. 277.)

(1) De Thou l. 90, p. 268.

Apud Thomam Rex Henricus

sceptrum dextra retinebat eburnum ;
Hærebat capiti ex gemmis auroque corona,
Aurea cæruleam pingebant lilia vestem.
(*Lut.* I. 453.)

— *b*) Species deinde nocturna excitat dormientem :

O lux Dardaniæ, spes o fidissima Teucrum,
Quæ tantæ tenuere moræ
(*Æn.* I. 280.)

De quattuor unus,
O mihi qui restas natis, spes ultima nostri
Jam generis, quæ te mala mens, quæ dira cupido,
Nate, tenet, luxu ut vitam sit dulce soluto
Perdere... (*Lut.* I.457.)

— *c*) Docet denique nocturna species quid agere præstet.

« Heu ! fuge, nate Dea, teque his eripe flammis.
(*Æn.* II. 289.)

At tu, nate, Deos (unum quod rebus in arctis
Jam superest) lacrimis supplex votisque precare,
Fæcundent tibi conjugium. (*Lut.* I. 473.)

Nullum vestigium talis somnii in vita Henrici III invenimus ; credere fas est Thomam illud totum excogitasse (1). Aliud vero visum nocturnum, quo incensus P. Clemens regem trucidavit, non fictum a poeta sed aptatum esse tantum constat. Nam fama erat hunc fanaticum virum

(1) P. Lestoile in *Journal de Henri III* mentionem facit cujusdam machinæ ab amicis excogitatæ, ut eum ad meliorem frugem reducerent, quæ monitionis nocturnæ aliquam speciem habet : « Ce fut environ l'an 1580 que, selon d'Aubigné, Saint-Luc « et Joyeuse, tous deux mignons du Roy, pour donner lieu à ce prince de renoncer « à ses débauches auxquelles ils ne contribuaient qu'à regret, entreprirent, par le con « seil de Dame de Raix, de percer un cabinet et de faire couler par la ruelle du lit, entre « la contenance et le rideau, une sarbatane d'airain par le moyen de laquelle ils vou- « loient contrefaire un ange et faire couler à l'oreille du Roy des menaces du ciel, « et quelques terreurs contre son péché ; ils y réussirent un peu mieux qu'ils ne vou- « loient, car ce prince devint tout à coup si peureux qu'au moindre coup de tonnerre « il se cachoit sous les lits. » (t. II. p. 186. Cologne 1720). P. Mathieu docet aliud somnium regis cum de cæde Guisii quæstio esset. t. IV. p. 144.

non sponte sua egisse : « On dit (mais ce n'est pas chose « assuree) qu'il eut quelque vision ou revelation en dor- « mant ou autrement(1). » Hoc viso fama tradito effinxit scriptor dæmonem, qui, ut facilius deciperet dormientem monachum, formam angeli induit.

> Aggreditur dæmon ; diræque horrore figuræ
> Deposito, faciem juvenilem, et lactea membra
> Induit, atque humeris fulgentes applicat alas.
> (IV. 268.)

Apud Vergilium legimus Palinurum a Somno deceptum in fluctibus periisse (*Æn.* V. 835-860) ; sed nulla alia nisi deceptionis similitudo cum somno Thomæ inest.

§ 4. — De prœlio singulari.

Olim constabant pugnæ præsertim ex prœliis singularibus ; inde mos erat poetis hæc prœlia quibus virorum fortitudo vigorque corporis magis apparebant diligenter enarrare. Vergenti sexto decimo sæculo prœliandi ratio jam longe alia erat; talia tamen prœlia quandoque fiebant. Legimus enim apud P. Cayet p. 184 : « Le deuxiesme « d'aoust (1589) derriere les Chartreux à Paris, se fit un « deffy entre le sieur de Lisle Malivant, du party royal, et « le sieur de Marolles, du party de l'union, pour tirer un « coup de lance. Le sieur de La Chastre qui commandoit en « ce quartier là pour le party de l'union, le permit. Du pre- « mier coup de lance, la visiere du heaume de Lisle Ma- « livant, n'estant bien clouee, se decloua, et luy fut telle- « ment blessé à la teste que, voulant se retirer vers les « siens, il tomba. Suyvant leur accord, Marolles le fait son

(1) *Discours aux Francois sur l'admirable accident de la mort de Henry de Valois...* Paris, 1589, p. 14.

« prisonnier ; mais on cognut incontinent qu'il estoit bles-
« sé à mort, et qu'il avoit plus de besoin de consolation
« spirituelle que d'appareils. Se voyant ainsi defaillir, il
« leur dit : « Je n'ai poinct de regret de mourir, puisque
« mon Roy est mort.(1)» De alio singulari prœlio fit etiam mentio apud eumdem : « Une sortie du duc de Nemours
« fut cause du combat qui se fit peu de jours apres entre
« le sieur de Montglas et le baron de Contenant. Leur
« querelle vint que le sieur de Montglas estant royal, et le
« baron de Contenant de la ligue, s'estant recognus en
« cette sortie comme amis qu'ils estoient, et s'estant don-
« né paroles, se retirerent seuls à part pour parler de quel-
« que accord; mais Contenant, ayant apperceu que quelques
« royaux venoient en courant approcher près d'eux, se
« retira vers les siens, et en fuyant laissa tomber son chap-
« peau, ce qui fut cause qu'il usa de quelques paroles
« contre l'honneur du sieur de Montglas, lesquelles, re-
« portées, firent que ces deux gentilshommes accorderent
« de terminer leur querelle en quatre coups, savoir, un de
« lance, un de pistolet, et deux d'espée. Le jour qu'ils
« combattirent, il se fit une trefve, et un grand nombre de
« personnes se trouverent tant d'un party que d'autre,
« pour les voir combattre hors du faubourg Sainct Honoré.
« Leur combat finy sans avoir aucun avantage l'un sur
« l'autre, leurs parrains les separerent, et incontinent la
« trefve fut finie, que l'on signifia par un coup de canon
« tiré de l'armée du Roy (2). »

Hæc prœlia in tanto rerum cardine non tanti ponderis

(1) P. Cayet, p. 181.
(2) Ibid. p. 261.

erant quanti prœlium Achillis cum Hectore, seu Turni cum Ænea, quo finiente, bellum quoque finem habuit ; quin tam exigui momenti judicarunt historici, ut plerique hæc omiserint. Ut mori vero veterum indulgeret scriptor, prœlio singulari cujusdam Vasti cum juvene ex urbe amplum locum describendo dedit (V. 319-384). Quamquam huic prœlio speciem quandam illorum ludicrorum certaminum impertivit, quæ tum frequenter fiebant (tournois), multa tamen depingendo a Vergilio mutuatus est (XII 695-950).

a — Ad muros urbis Latinorum pugnat Æneas cum Turno : item ad muros Lutetiæ Vastus provocat juvenem ex urbe. Apud Vergilium « convertere omnes oculos in prœliantes, quique mœnia tenebant, quique muros ariete pulsabant » (XII. 784). Apud Thomam fusius spectatores enumerantur : hinc pueri, juvenes, senes, nurus, matres, puellæ,

Turba immensa hominum cuneos imitata theatri ;

inde Rex ipse « eques » cum suis agminibus (V. 330-340).

b — Vergilius confert pugnantes cum tauris de juvenca certantibus (XII. 713-720) ; eamdem usurpat Thomas similitudinem :

Qua vi strepituque feroces
Dilectæ furiis incensi pectora vaccæ
Adversas adigunt frontes et cornua tauri.
(*Lut.* V. 345.)

c — Vergilius notat fragorem armorum :

Concurrunt clypeis; ingens fragor æthera complet
(*Æn.* XII. 722.)

Idem facit Thomas : « dat galea icta sonorem (v.371), » « strident auræ ». (361)

d — Apud Vergilium arma franguntur et

> fulva resplendent fragmina arena.
> (*Æn.* XII. 739.)

Desiliunt pariter apud Thomam,

> Et terræ decussa nitent fragmenta.
> (*Lut.* V. 363.)

§ 5. — De Legatione.

Omnibus notum est Guisium fœdus clandestinum cum rege Hispaniæ feriisse (1). Sed ut res ad antiquum ritum disponeret Thomas excogitavit solemnem legationem a Guisio missam, quæ a rege Ibero amicitiam et auxilium religioni læsæ peteret. In hac vero adumbranda imitatus est legationem quam Æneas ad Latinum regem mittit (*Æn.* VII, 107-285). Descripta potentia regis Hispaniæ, cui in suis regnis

> Occidere et nasci soles spectare licebat,
> (*Lut.* I. 532.)

introducit Thomas legatos ad Philippum regem. Hic « residens solio », sicut Latinus, fœdus et amicitiam promittit. Latinus equos « præsepibus altis educi jubet

> Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem »
> (*Æn.* VII. 281.)

(1) Cf. De Croze : *les Guises, les Valois et Philippe II.* Paris 1866. t. II p. 277.

qui Æneæ dentur. Philippus similiter equos Guisiadæ « lectos præsepibus altis » mittit,

> specie insignes et origine mira.
> Nam sine conjugiis et equorum semine matres
> Conceptos zephyris genuere. (I. 597.)

Ea erat apud Homerum Achillis equorum origo :

> Τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἅρπυια Ποδάργη.
> (*Il.* XVI. 150.)

§ 6. — De Bellatorum enumeratione.

Homerus bellatores et regiones adjunctis ad nomina vocabulis bene aptis enumerando egregie depingebat (*Il.* II. 485-877). Hunc morem retinuit Vergilius (VII. 623-817). Cum populos Galliæ recenset noster, cum qui Borbonii partes secuti sunt tum qui a rege post Blesensem indaginem defecerunt, utrumque imitatur sed tam sollerter et lepide ut res novitate quadam et veritate arrideant (IV, 115-159) : Bellovaci, « munere lini et pannis dites » ; Rhemi « auspiciis sceptrorum atque unguine sacro percelebres » ; Rothomagus « qui pomis imitatur mitibus uvas » ; Cabillionum « quod torpentibus undis alluit Aar » ; Gens Ædua « quondam soror Romæ orbis dominæ »; Gens Phocæa « quæ Gallico in litore funes religans antiquum larem execrata resedit » ; Trecæ « queis ambitus amnis dat nomen » ; Tolossa « sacra musis atque ostro Themidis dignata secundo » ; Arelas « veteris imperii memor » ; Suessio « Gallici consors olim sceptri » ; Laudunum « celsi assurgens vertice collis » ; Rupella « assiduum cui gens colit Martem » ; Engerium « prætectum insigni fossa » ; Pontes « crebro muniti flumine » ; Talburgus « subjectum

aeria despectans arce Carentam » ; MONS ALBANUS « qui pulcra bibit urbe rubentem Tarnum » ; NEMOSUS « quam condidit turba agrestum » ; MOMPELIUM « medicis artibus suetum. »

§ 7. — De Comparationibus.

Quæ mente poeta concipit, ea sub rerum imaginibus condit, quæ omnibus notæ sunt. Noster vero ad illustrandas res quæ in Gallico solo gestæ sunt comparationes e Græcorum et Romanorum historia vel fabulis sumit. Guisii milites avidi prædæ moramque ægre ferentes sonipedibus similes sunt, qui Pisæo carcere signum expectant (II. 24) ; numerosi milites, qui circum Borbonium glomerantur, sunt sicut Cycni Caystri (II. 261) ; princeps dæmonum inter alios dæmones tantum eminet quantum Atlas in Lybico littore (III. 42). Quis ex his qui Lutetiadem legerunt, ut Thomam ipsum taceam, Sonipedes Pisæ, Cycnos Caystri et Atlantem unquam viderat ? Quæ comparationes ab antiquis fabulis depromptæ non aliæ sunt ac ridiculæ : v. g. regem Galliæ in medio concessu apud Blezas similem esse Jovi inter deos in solio sedenti (III. 416) ; ictus quos ingeminant Vastus ejusque adversarius sic resonare ut incudes sub Cyclopum malleo (V. 363) ; prœlii murmur ad Cautrasium sicut tonitru increvisse quod dextram Jovis primum inter nubila dissimulet et demum horrificum det fragorem (II. 666). A solis antiquitatum peritis poterant intelligi, et fatendum sane est ab istis solum poema lectum fuisse.

In aliis comparationibus, quæ e pastorali vita, feris, tem-

pestatibus, scopulis et fluctibus sumuntur, plerumque Homerum et Vergilium imitatus est ad res similes illustrandas. Guisius irruit in Theutonas sicut aquila in leporem (II. 469); item Turnus in Trojanum Lycum (*Æn.* IX. 563). Borbonius ratus se imparem hosti esse, colit muros urbium sicut messor qui se proripit in antrum cum imber rumpitur (II. 300) : Æneas, ut messor pariter, se tenet tectum suis armis, dum Latini eum undique telis petunt (*Æn.* X. 805). Turmæ Joyeusæ et Borbonii ad Cautrasium manus inter se conserunt sicut austri cum Borea (II. 689) : eadem fit comparatio apud Vergilium, cum Rutuli ad pugnam cum Æneadis deveniunt (*Æn.* X. 356). Rex in pago apud Dieppam sistit exercitum Meduani, sicut scopulus frangit undas amnis imbribus aucti (*Lut.* IV. 442) : Mezentius in Æneide obsistit unus Teucris velut rupes exposita ponto (*Æn.* IX. 693. Cf. XI. 297). Theutonæ fame adacti cibos petunt sicut lupus jejunus qui nullo clamore pastorum nec morsu canum deterretur (*Lut.* III, 456); sicut lupi etiam fame adacti Trojani omni spe salutis frustrati in certam mortem ruunt (*Æn.* II. 355). Guisii milites noctu silentio Ulnelli arcem invadunt sicut amnis qui mole opposita paulatim destructa sese demum in arva fundit (*Lut.* II. 545) : Item Græci Trojam ingrediuntur sicut amnis qui aggeribus ruptis campos et armenta cum stabulis trahit (*Æn.* II. 495). Tempestati seu prœlio ventorum qui mare perturbant æquiparat noster mox pugnas, sicut Vergilius (*Æn.* II. 419), mox motus populares, ut Homerus (*Il.* II. 145 et XIV. 395). Lothareni proceres ulcisci fratrem totis animis student, sicut tigris quæ, ablatis catulis, rabida in raptorem tendit (*Lut.* IV. 75) : Apud Homerum, Achilles

Patrocle occiso in interfectorem incenditur, sicut leæna quæ catulis ablatis raptorem investigat (*Il.* XVIII. 320).

Non improbæ sunt hujusmodi comparationes. Ornamenta enim sunt sæpius laute lepideque accommodata et distributa, quæ si non magnam vim creatricem poetæ demonstrant non tamen sine illecebris docto lectori sunt, qui in recentiore historia vestigiis amatæ antiquitatis mulcetur. Fatendum est insuper has comparationes fideliter res depingere. Apro similem esse bellatorem sæpe dictum est ab Homero (*Il.* XII. 146 ; XVII. 282 et 725) et a Vergilio (*Æn.* X. 710). Apro etiam similem fuisse Guisium docet Thomas, cum a satellitibus regiis invaderetur (III. 407). Ut probes quam congruens sit ista similitudo, disce quomodo cædes facta sit : « Le plus grand de cette « maudite vermine de gasconnaille se jeta sur le dos de ce « Prince, et le tirant en arriere l'estoufoit par la gorge, de « ses deux bourelles mains. Deux autres cependant saisirent son espee et son poignard, et deux autres le prindrent par les jambes, pour le faire tomber, pendant que « les six poignardeurs percoient ce magnanime et belliqueux corps, auquel ils donnerent jusques à trente coups « pour le moins. Et toutefois quand il en pouvoit attraper « quelqu'un de ses mains fortes et genereuses, il le jetoit « en telle roideur qu'il en battoit les murailles (1). » Hæc legenti nonne comparatio apri undique a canibus petiti menti occurrit ?

Nobis vero magis arridet illa comparatio a classica trita via abhorrens, qua urbs Lutetia regem aversata et Guisio dedita uxori infideli confertur.

(1) *Particularitez notables concernant l'assassinat et massacre de Mgr le duc de Guise et Mgr le cardinal son frere.* Chalons, 1589, p. 25.

Qualis male-grato juncta marito
Virgo feros dulcis pueri suspirat amores,
Quam dura optato custodia conjugis arcet
Colloquio ; si forte locus, si mollia sese
Tempora dent absente viro, secura negatos
Currit in amplexus, thalami secreta jugalis
Gaudia, et illecebras atque oscula prodit amanti. (III. 200.)

Quæ similitudo novitatis illecebris pollere videtur ex antiquo tamen fonte manat (1). In Scriptura enim Sacra (in qua nostrum versatum esse novimus) populus a Deo electus, Israël, Sion, seu civitas sancta Jerusalem fornicationis seu adulterii arguitur, si ad idola se vertit. « Dixitque Dominus ad Moysen : Ecce tu dormies cum « patribus tuis, et populus iste consurgens fornicabitur « post deos alienos in terra ad quam ingreditur ut habitet « in ea : ibi derelinquet me, et irritum faciet fœdus, quod « pepigi cum eo (*Deuteronomii* XXI. 16). » « Quomodo « facta est meretrix, civitas fidelis, plena judicii (*Isaiæ*, I, 21). » « Vulgo dicitur : si dimiserit vir uxorem suam et « recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid rever- « tetur ad eam ultra ? numquid non polluta et contaminata « erit mulier illa ? Tu autem fornicata es cum amatoribus « multis : tamen revertere ad me, dicit Dominus, et ego « suscipiam te (*Jeremiæ* III. 1).

Urbs Lutetia, quasi Sion, oblita Domini sui, in amplexus Guisii cucurrit et adultera facta est :

(1) Defectio Lutetiæ a rege fornicatio tum a multis vocabatur.

« La fille aisnee la ville de Paris ne le voulant avouer ny recevoir pour pere et « pour roy elle avoit (oublieuse de son devoir) rejetté hors de sa maison son prince « naturel, Henry III de ce nom et en sa place receu des desloyaux estrangers, les- « quels en ont fait a leur plaisir, en abusant malheureusement, tant que ses mem- « bres tombent par morceaux, pour la faim qu'elle endure aujourd'hui, (punition qui « suit justement sa *desbauche*), elle qui avoit esté par ses predecesseurs roys de « France si cherement nourrie, et, tant honoree, qu'il n'est possible l'exprimer... Car « alors à son infame *paillardise* elle a ajouté le meurtre de son roy. » *Brief traicte des miseres de la ville de Paris* (*Mémoires de la Ligue*, l. V. p. 152).

hunc passim celebrant, huic omnia cives
Officia, et laudum titulos, et munera præstant
Certatim,

(III. 198.)

dum profugus rex Carnutum petit. Male gratus sane erat maritus : vitam luxu ducens populum tributis premebat, dum amans, vir inclytus armis, liberalis et indole jucunda multitudinis benevolentiam conciliabat. Sed fas non erat urbi antiquum fœdus frangere quod pepigerat cum suis regibus, qui eam auxerant et præ cunctis mundi civitatibus illustrarant. Cur vero rex metu perculsus eam tam ignave dereliquerat? Nonne tempus et locum ipse dedit infideli sponsæ? Historiæ aptatur optime hæc comparatio, nec tam humile hic poeta spirat.

§ 8. — De Orationibus.

Mos erat antiquis historicis et poetis hominum mentes fictis orationibus aperire. Sic scriptor quid Guisio, Mediciæ reginæ, Henrico III et regi Navarræ in animo fuerit manifestum facit. Ejusmodi orationes non omni ex parte excogitavit, sed aliis verbis expressit quod jam pronunciatum fuerat. Ante pugnam ad Cautrasium contionem ad milites habuisse Borbonium omnes affirmant. Hæc contio apud Thuanum invenitur (1). In Lutetiade (II. 528 550) si verba differunt sententiæ eædem sunt.

Orationes quibus Guisius cum suos ad arma capessenda hortatur (I. 274-325) tum regem in bellum trahere tentat (I. 344-368), quasi summa sunt libellorum qui sub

(1) De Thou., l. 87, p. 181.

nomine cum cardinalis Borbonii tum principum catholicorum editi sunt (1), ad regem reginamque matrem docendam cur bellum renovetur. Horum vero libellorum scribendorum auctorem fuisse Guisium fama est.

Cum rex vehementer incensus in Guisium, quod bellum clam renovarit, tanta audacia solus indignatur (II. 36-58), multos exprimit sensus consulti regii anno 1588 habiti, quo sanctum fœdus et principes catholici vituperabantur (2). Oratio regis de internecione Guisii in Blezarum arce deliberantis (III. 460-488), summa rationum est, quæ in concilio regio privato allatæ sunt, cum ad facinus perpetrandum tum ab eodem abstinendum. His nisus rationibus, quas fusius exposuerunt historici (3), depingit Thomas fluctuationes animi regis jam ad scelus parati, quem vero cohibet nunc etiam probitas quædam et sacramenti religio.

Constat reginam matrem regem in bellum traxisse. Quibus rationibus usa sit referunt historici : non posse regem tantæ potentiæ resistere quanta pollerent Lothareni proceres, ideo expedire cum eis vires conjun-

(1) *Declaration des causes qui ont meu Mgr le cardinal de Bourbon et les Paires, Princes, Seigneurs, villes et les commuuautez catholiques de ce royaume de France de s'opposer à ceux qui par tous les moyens s'efforcent de subvertir la religion catholique de l'Estat.* Leyde, 1585. *Remonstrance faicte au Roy et à la Royne mere par messienrs les cardinaux de Bourbon et de Guyse, assistez de messieurs de Guyse, de Retz, de Joyeuse et autres Pers* (sic) *de France, sur les plaintes et doleances des troubles de ce Royaume,* Paris, 1586. — *Requeste au Roy et derniere resolution des Princes, Seigneurs, Gentils hommes, villes et communes presentee a la Royne mere de Sa Majesté, le dimanche neufiesme juing 1585 pour monstrer clairement que leur intention n'est autre que la promotion et avancement de la gloire et honneur de Dieu et extirpation des heresies, sans rien attenter à l'estat comme faussement imposent les Heretiques malsentans de la foye et leurs partizans,* 1585.

(2) Mathieu, 1. I. p. 20. — *Edict du Roy sur la deffense des armes qu'il faict contre ceux qui se sont liguez en son royaume* (28 mars 1585) ; *Declaration de la volonté du Roy, sur les nouveaux troubles de ce royaume,* avril 1585.

(3) Mathieu, l. IV. p. 143 et 144.

gere (1). In Lutetiade eodem utitur Thomas argumento (II. 67-84).

Hujusmodi orationes epico carmini melius aptantur quam libelli vel conciliorum deliberationes aut commentaria historicorum. Recta enim oratio antiquior est quam obliqua, et plus vitæ impertit heroïbus utpote magis naturæ consentanea.

Aliæ orationes non nisi fictæ sunt, ut Henrici II evocati ad filium in somno (I. 458), Dei ad cælicolas (I. 170) et principis dæmonum ad alios dæmones (III. 53-94). In his omnibus verba cum personis optime constant. Quam eleganter sint conscriptæ non posset nisi exemplis doceri. Verba Cardinalis Guisii ad fratrem mortuum (III. 526-549) renovant memoriam lacrimarum Evandri in filium (*Æn.* XI. 150-175). Sed non tam infensus regi depingitur hic vir a Thoma quam re fuerit : « Le cardinal de Guise ne « se pouvoit tenir d'evaporer par les paroles l'ardeur de « sa passion et de son regret, et dist plusieurs choses en « ceste emotion qu'il n'eust peut estre dit dans un sens « froid et reposé (2). »

§ 9. — Quid e sermone Vergilii desumpserit Scriptor.

In nonnullis Lutetiados partibus ubi cultiorem linguam Thomas usurpat, adeo puram præfert latinitatem, ut eam non nisi Vergilio magistro fere didicisse videatur. Cum fert occasio, statim ejus memoriæ videtur obversari, quidquid in re simili Vergilius dixit. Describenti indolem Mediciæ reginæ his verbis :

(1) Mathieu, l. I. p. 22.
(2) Mathieu, l. IV. 148.

> non illa exercita curis
> Femineis, neque acu, vel agendo callida fuso :
> Sed populos regere, et pacem bellique tumultus
> Ingenti moderari animo.
>
> (*Lut.* I. 115.)

procul dubio Camilla Vergilii menti occurrerat :

> non illa colo calathisve Minervæ
> Femineas assueta manus, sed prælia virgo
> Dura pati cursuque pedum prævertere ventos.
>
> (*Æn.* VII. 805.)

Si referens varias sortes eorum qui sub mœnibus Parisiorum occubuerunt, unum memoret qui gladio percussus fuerit :

> huic via duplex,
> Quæ voci atque cibis patet, uno rumpitur ictu,
>
> (*Lut.* V. 290.)

vulnus docente Vergilio depingit :

> hæsit enim sub gutture vulnus, et udæ
> Vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam (1).
>
> (*Æn.* VII. 533)

Vergilii versibus Thomas suum animum ita penitus imbuerat, ut ejus formas dicendi aut in canendo numeros frequenter usurpaverit, omissis quidem verborum juncturis usitatissimis, quæ nullius dici jure possunt. Liceat aliquot exempla adferre.

Lut. (II. 25.) Qualis Pisæo sonipes in carcere signum
Præcipit, exultatque ferox et pugnat habenis.
Æn. (XI. 600.) Insultat sonipes et pressis pugnat habenis.

Lut. (II. 355.) Eversasque per arces
Sanguine mercari, rabies jubet improba ventris.
Æn. (II. 356.) Quod improba ventris
Exegit cæcos rabies.

(1) Cf. Homère, *Il.* XII. 324.

Lut. (II. 426.)	Stant grandia pocula mensis Convivasque obeunt, acri spumantia Baccho.
Verg. (*Eclog.* V. 67.)	Pocula bina nova spumantia lacte quotannis, ... Et multo in primis hilarans convivia Baccho.
Lut. (II. 494.)	Et meritas solvunt tanto pro munere grates.
Æn. (II. 537.)	Persolvant grates dignas et præmia reddant.
Lut. (III. 326.)	Intus porticibus pulcris domus ampla patescens.
Æn. (II. 483.)	Apparet domus intus et atria longa patescunt.
Lut. (I. 465.)	Video sudantes sanguine campos.
Æn. (II. 582.)	Toties sudarit sanguine tellus.
Lut. (I. 550.)	Hi dextram amplexi Regis genibusque voluti.
Æn. (III. 607.)	Dixerat et genua amplexus genibusque volutans Hærebat.
Lut. (II. 146.)	Atque imo verti tumida æquora fundo.
Æn. (II. 419.)	Imo Nereus ciet æquora fundo.
Lut. (I. 35.)	Præcipuum pietate omnis quod credidit ætas.
Æn. (VII. 680.)	Inventumque focis omnis quod credidit ætas.
Lut. (IV. 488.)	Sequanicam ad ripam fulgentes ære catervas Sistit agens.
Æn. (VIII. 594.)	Oculisque sequuntur Pulveream nubem et fulgentes ære catervas.
Lut. (I. 508.)	Tercentum subeunt totam delubra per urbem.
Æn. (VIII. 716.)	Maxima ter centum totam delubra per urbem.
Lut. (I. 492.)	Parisii ante omnes ingentem sacra per urbem Ducunt.
Æn. (V. 665.)	Castæ ducebant sacra per urbem Matres.
Lut. (V. 639.)	Plurima densantur miserandi funera vulgi Perque domos, mediasque vias et compita passim.
Æn. (II. 364.)	Plurima perque vias sternuntur inertia passim Corpora, perque domos.
Lut. (I. 510).	Cælum onerant votis, cumulant altaria donis.
Æn. (XI. 50.)	Et vota facit cumulatque altaria donis.
Lut. (I. 109.)	Facilesque sibi promiserat annos.
Æn. (X. 549.)	Canitiemque sibi et longos promiserat annos.
Lut. (IV. 321.)	Et summis ulularunt Naiades undis.
Æn. (IV. 168.)	Summoque ulularunt vertice nymphæ.

Etsi Lutetiados scriptor tam familiariter Vergilio usus est, latinum tamen sermonem ita percallebat ut tanquam patrio sententias suas expresserit. Ejus versus possunt doctissimas aures mulcere et Vergilium non ita procul secutus est.

§ 10. — De Descriptionibus.

In narrando sæpius immoratur scriptor rebus et hominibus fusius describendis. Id proprium erat poetarum imprimis Vergilii, si materia ad ornatum præberet. Nonnullæ harum descriptionum afferi possunt quæ ut tabulæ bene pictæ illorum temporum imaginem reddunt. Sic voluptati est legere quæ vita nobilium fuerit et quomodo tempus suis terris tererent, cum rex eos ad se vocavit (1) (I. 140-148) ; quo ordine et pompa Parisii bis sacra per urbem duxerint, auxilium a Deo deprecantes (I. 492-519 et V. 120-168) ; quam magnum potensque fuerit regis Iberi imperium, ad quem legatos Guisius miserat (I. 522–547) ; quis fuerit aspectus, vestitus et cultus auxiliorum Helvetiorum et Germanorum quæ vocante Borbonio ad prædam et cædem venerant (II. 406-427) ; quæ fuerit origo et ratio conciliorum Gallorum (Etats généraux) (III. 282-301), et quibus argumentis nituerint tapetes qui ornabant aulam Concilii apud Blesas (2) (III. 331-411) ; quo-

(1) « La noblesse n'ayant point de paye, elle servoit comme par quartier, un « mois ou cinq semaines de suite, tout au plus, après quoi elle se retiroit dans ses « maisons, et celle d'une autre province venoit à son tour prendre sa place. » Mezerai, l. LXII, t. IX. p. 170.

(2) Splendidos extitisse tapetes in aula Concilii novimus a P. Mathieu, l. IV, p. 116 : « Ceste sale estoit longue de vingt et deux toises, large de neuf, à six « gros piliers de pierre de taille en long, tapissee d'une riche tapisserie à person– « nages, rehaussee de fil d'or, les piliers couverts de tapis de velours violet, semé « de fleurs de lys d'or, le haut de la sale tout enfoncé de tapisseries. » Cf. Cérémo-

modo Deus sua numina in medio conventu angelorum et sanctorum enuntiet (I. 149-204 ; V. 428-563) ; quibus argumentis ornata fuerint arma Borbonii (1) (II. 174-181) ; quæ fuerit origo, situs, opes, palatia, portus, commercia, artes et divitiæ urbis Lutetiæ, quod caput est totius operis, et quod depinxit scriptor quadam animi delectatione, ut sibi penitus notam et amatam (V. 128-168).

Prœlia, ut vidimus in superiore capitulo, et prœliandi rationem variosque successus vere et fideliter narrat. Quæ vero historici non rettulerunt, quæ scilicet intra tumultum fiebant, cædes et præliantium vulnera, effingit scriptor depingendo (2). Quam præclare hæc oculis proponat, argumento sit concursus turmarum ad Ibriacum.

Gladio tum quisque recluso
Hostis in adversi funus ruit, atque per omnem
Juncturam armorum mucronem immittere tentat,
Aut plumbi ipsa per arma globos. Displosa sonorem
Dant tormenta, strepunt galeæ, squammæque fatiscunt
Thoracum, et pulso scintillas ære remittunt.
Horrida tempestas campis et tristis imago
Apparet ; fumo permista et pulvere cœlum

nial français, Paris 1649, t. II, p. 322 et 304-305. Quas vero figuras retulerint isti tapetes incertum est. Blesenses qui de urbe et Castello Blesensi scripserunt desiderant omnes documenta de his amissis tapetibus. « En fait de tapisseries, inquit « D. A. Tibault, nos annales ne nous signalent que la belle tenture à fleurs de lys « dont l'Hotel de Ville avoit hérité de la Chambre des Comptes de Blois, et qui fut « mise en pièces par les émeutiers de 1793. » (*Bulletin de la Société des Sciences et Lettres de Loir-et-Cher*, février 1895). Utrum Thomas horum tapetum figuras e re descripserit an excogitaverit, non habemus unde probemus. Credere tamen fas est scriptorem qui ceterum historiam accurate refert, non finxisse res quas æmuli carpere potuissent, sed vera scripsisse. Fieri omnino potest ut hos tapetes ipse viderit et miratus sit, cum Parisios petens studiorum causa, per Blesas iter fecit. In carmine ad Paulum et Clementem, mittit Musam Lutetiam ad nepotes et viam per Blesas docet.

(1) Lilia fuisse in galea Borbonii cælata constat ex illius galea quæ in « Musée des Invalides » servatur. Fabulæ vero de Alcide et Pyrene nullum vestigium in eadem galea repperimus. Sed alias galeas regi Navarræ fuisse credere fas est, quæ aut amissæ sunt aut in aliis museis asservantur. Nonnullæ aliæ galeæ hujus temporis variis mythologicis argumentis ornatæ veri simile faciunt hanc fabulam in Borbonii galea fuisse inscriptam.

(2) Apud Ulnellum (II. 449-475) ; ad muros Lutetiæ (V. 284-298).

Involvit nubes ; tum densa e nube tumultus
Pugnantum audiri, gemitusque in morte supremi,
Cornipedum hinnitus, littorum clangor, et enses
Ensibus illisi. Modo fulgura mittere visus
Armorum nitor omnis hebet, decora omnia sordent
Cristarum et chlamydum turpi squallentia tabo,
Aut lacera et decussa jacent. Quis funera verbis
Densa vírum, et campos confusa in strage natantes
Explicet ? et quo quisque modo feriatve cadatve ?
Fortia facta oculis densæ caliginis umbra
Invidet ac famæ ; vasti certaminis ardet
Impetus, atque incerta diu victoria nutat. (V. 65-85.)

Sed tela quæ ignis vi jaculata tantum terrorem clademque hosti injiciebant qua elegantia latinis vocabulis expresserit non potest nisi exemplo doceri. Hoc a Castilionis oppugnatione mutuamur.

Aggere composito tandem, molimine magno
Huc immensa cavo tormenta ex ære trahuntur
Sueta quibus cineris cum nitro et sulphure misti
Pondera, et ingentes quæ vix tellure leventur
Ex ferro immisere pilas, et fomite flammam
Elicuere ; tonat vasto displosa fragore
Machina, vique ruens, ablataque turbine flammæ,
Fulminis in morem quassat pila ferrea muros.
It fumus cœlo et tetrum diffundit odorem.
Nec mora longa, labant crebris concussa pilarum
Ictibus, inque ima sternuntur mœnia fossa.
. . . .
Certatim objiciunt pro versis pectora muris,
Detrudunt contis, jactant ignemque picemque
Liquentem, ac tubulis nitrumque et sulphur ahenis,
Et plumbi immittunt globulos ; mox fomitis igne
Apposito, concepta furit flamma intus, et alto
Cum sonitu erumpens plumbum vomit ; evolat illud
Quemcumque attigerit perimens ; nec triste rigentes
Exitium galeæ, thoracumve æra morantur.
(II. 243-266.)

Si Vergilius hoc carmen conscribendum suscepisset, credere fas est eum novis verbis novas res expressurum fuisse. Quod non audebant scriptores tempore renova-

tionis litterarum, quibus tanta in sermonem latinum pietas erat. Cultor religiosus puri sermonis latini Thomas recentioribus vocabulis raro utitur, sed ad circuitum recurrit, v. g. Papa est « Pater Ausonius « seu « Parens romanus » (I. 602) ; Catholicus « qui romanas colit aras » ; protestantes « qui novos ritus defendunt » ; excommunicatio, « fulmina Patris romani, sacri terrores » ; excommunicatus, « cœtu christicolum procul esse jussus » ; Cardinalis, « Latii cujus sacra galeri purpura velat crines (1) », seu de Cardinale Borbonio,

> Ordinis ille sacri Princeps conventibus illis
> Romanique Patris concessu insignis et austro.
> (III. 521.)

Pro « angeli » dicit « ætherii cives », et pro « sancti » substantive, « divi » seu « Cælicolæ ».

§ 11. — De propriis sententiis scriptoris.

Vergilius intermittit interdum seriem rerum ut ipse, quasi partes agens in fabula, aperiat quid sibi res animo suggerant (2). Sententias quoque suas rebus Lutetiados intexuit Thomas. Arduum vero est dicere utrum a rege an a conjuratis stet ; sicut multi ipsius æquales modo his modo illi favet, prout jus æquumque postulat. Ab ingrato animo regis Lutetia Guisio interdicentis, post insignem ad Ulnellum victoriam, in reges generatim invehitur :

(1) Cf. in *Guisade :* Inclyta purpurei gestat qui signa galeri.

(2) Tum lectorem docet quid canendum restet (*Æn.* VII, 1, 41, 641) ; tum virum aliquem interpellat (VII, 733, 719, 759 ; VIII, 693 ; IX, 324) ; tum deflet mortem bellatoris (VII, 483 ; IX, 445 ; X, 507) ; tum nesciam mentem hominum miseratur (X, 501).

At munere fati
Gratia stat Regum, meritis nec quæritur ullis.
Immeritos potius donis et honoribus augent.
Sive quod id majoris opus virtutis, et instar
Divorum esse putant, sua qui mortalibus ultro
Dona ferunt præter meritum, ingratosque tuentur :
Sive quod adjuncto sordent merita omnia fastu,
Et dum jactantur pereunt; obnoxia seu quod
Regia majestas nulli putat esse suorum,
At sibi præsidium cunctos debere, fidemque.
(III. 106-115).

Cum rex autem, suadentibus caris comitibus (les mignons), Carnutum aufugit, exclamat « nomen Gallorum ventura in sæcula æterno opprobio fœdatum esse» (III. 180), quod regem suum ab urbe principe pepulerint. Perpensis deinde calamitatibus quæ rege absente civibus instant, sic Parisios miseratur :

Quippe carendo magis, quam se didicisse fruendo
Agnoscunt, quot opes secum præsentia Regis
Portet, quale decus, quæ commoda civibus addat.
Scilicet est Urbi Princeps, quod Cynthius orbi, (1)
Luce sua qui cuncta implens reficitque fovetque ;
Omnia discedens tenebrosa, et mœsta relinquit.
(III. 214-219.)

Mox vero in reges redit qui incuria et luxu vivendo ac tributis cives premendo detrimenta fuerunt rei publicæ : hi plus quam populi culpandi sunt.

Quin ipsos, (si prima mali repetatur origo)
Reges culpa premit ; qui majestatis honorem
Obliti, curasque graves, per turpia vitam
Facta trahunt, spoliant cives atque artibus illis
Contemptumque odiumque simul meruere suorum.
(III. 187).

Discat Ludovicus XIII tum sedecim annorum adulescens, cui carmen dicatur, quibus virtitubus, modestia

(1) Cf. illud a Petro Mathieu : « Ce que le soleil est au ciel, les Rois le sont en « terre ; ce que celuy-là fait envers les Planètes, cestui-ci le doit faire envers les « Princes de son sang. Le soleil ne retire sa clarté d'eux, le Roy ne doit refuser sa « lumière aux Princes qui l'environnent. » (l. I p. 3.)

integritate, justitia, temperantia rector populi nitescere debeat. Discat etiam strictis habenis moderandos esse populos, ut motibus abstineant : Henricum III qui Guisio interfecto furentem populum solis edictis et precibus continere studebat, audi ut Thomas vituperet.

> Viribus imperium retinendum et fortibus armis
> Exorare paras ? fallit te ignobile vulgi
> Ingenium : graviore jugo si presseris, audit
> Rectorem ; cervice levi parere recusat,
> Blanditiisque ferox ad jussa superba tremescit.
> Majestas colitur quæ cogere possit ; inermis
> Ludibrio est ; temnatque Jovem ni fulminet æther.
> (IV. 89-95.)

Hunc ignavum regem, cui assidue Machiavelis opera in manibus erant, non sine salibus commonet scriptor ut regnum strenue obtineat.

Thomas sincere a catholicis stat in suo carmine : Deus et Angeli favent iis qui ritum impollutum, qualis a patribus traditus erat, servare certant. In prima parte laudat fœdus sanctum : cum Guisio enim summa vi tendit Christus ad aras romanas omnes populos pellere; (I 83); in secunda vero reprehendit id, cum cupiditas principum et obstinatio cæca quædam hominum id a recto proposito revocavit. Hanc opinionem Thomæ videtur vir peritus C. de Meaux accuratissime disserens de « la Ligue » sic breviter expressisse: « La Ligue a été une association de légitime défense, et à ce titre elle a réussi. Mais elle n'a pas été seulement cela : elle est devenue aussi une entreprise révolutionnaire, et à ce titre elle a échoué ; elle a réussi en ce qui était juste ; elle a échoué en ce qui ne l'était pas. » (1)

(1) Vide *Le Correspondant* 1879, 25 février et 10 mars.

CAPUT QUINTUM

UTRUM VOLTAIRIUS IN HENRICIADE LUTETIADEM IMITATUS SIT.

Procurator bibliothecæ urbis Engolismensis, Eusebius Castaigne, vir gravis et eruditus, scripsit Voltairium plurima loca Lutetiados in sua Henriciade imitatum esse : « Plusieurs passages de la Lutetiade, poème latin de Thomas, ont été imités par Voltaire dans la Henriade (1) . » Utrum id verum sit an inconsulte dictum nunc nobis inquirendum est.

Henricias eadem complectitur ac Lutetias, ea dico maxime memoratu digna quæ in Gallia gesta sunt, ex quo Henricus III regnum accepit (1574) usque ad finem Parisiensis obsidionis (1590). Sed rerum distributio ratioque longe alia est in utroque poemate. Dum seriem temporum sequitur Thomas, lectorem rapit Voltairius in medias res et carmen orditur cum ambo Henrici conjunctis viribus Lutetiam obsidere parant. Quæ antea intra sedecim annos gesta sunt nota facit per orationem Borbonii ad Reginam Britanniae. Cum regulas epici carminis ad normam veterum percalleret, nolebat suam Henriciadem longius protrahi quam Æneidem quæ intra annum absolvitur ; insuper dabat hæc dispositio narrationi epicæ lo-

(1) E. Castaigne : *Catalogue des livres anciens et modernes provenant de la bibliothèque de feu M. Alexis Callaud*. Angoulême, Lefraise 1855. N^{os} 595-406.

cum ad Vergilii exemplar. Primus liber Henriados respondet quarto Lutetiados ; tertius, quartus et quintus Henriciados continent quod in tribus primis Lutetiados exponitur. Pugnæ ad Dieppam et ad Ibriacum, sicut obsessio Parisiorum ex ordine temporum ab utroque poeta narrantur.

Voltairius omittit pugnam ad Lagniacum qua desinit Lutetias ; et hoc recte facit, nam prælio quo inferior fit heros absolvi nequit poema. Addit vero internecionem protestantium in die festo Sancti Bartholomæi (lib. II), quam reliquisse ægre tulisset philosophus. Ut studiis suorum æqualium indulgeret exponit etiam amores regis Henrici IV (lib. IX), a quo Thomas merito abstinuit.

Lutetias, ut jam vidimus, nimis abrupte desinit (1). Sed mirum est Henriciadem eodem modo peccare : exposita enim horrenda fame, qua sæviente humanitas regis illuxerat, quadraginta duo versibus narrat Henricum IV in Urbem ultro fuisse receptum soliumque conscendisse. De eo quod Thomas tam breviter absolvit, se tamen excusare potest : Lutetia enim ab obsidione liberata, jam Lutetiados causam dictam esse. Sed rem tam magni momenti, ut exitum Henriciados, cui perficiendæ quatuor annos Henricus consumpsit, tam breviter expedivisse, eo se excusatum habere nequit Voltairius, quod non historiam sed poema scribat. Num finiente Lutetiade fulcimento carebat ejus musa quo ulterius procederet ? Affirmare non ausus sim.

Diximus Lutetiadem quæ de bellis civilibus tractat, non recte inscriptam fuisse, cum res de Lutetia a quarto

(1) Vide supra, p. 37.

tantum libro agatur. Hoc bene sensit Voltairius qui eamdem materiam tractans, opus suum *La Ligue* primum inscripsit. Ut mos erat Voltairio corrigere quos imitabatur, correxitne hic etiam Thomam carmen ordiendo ab obsidione Parisiorum ? Non magis affirmare voluerim, quia scribendi ratio apud Voltairium longe alia esse videtur, seu historiam quam narrat, seu quæ fingat, seu propositum scriptoris respicis.

Thomas, ut monstravimus, diligenter res meditatus est quas narrat. Pugnas non aliter depingit ac re ipsa commissæ sunt, immo cujusque pugnæ adjuncta fideliter refert. In eo discrepat Voltairius a Thoma quod rem bellicam minime observat (1). Pugna ad Cautrasium in Henriciade sic breviter verbis complecti possit : Milites Joyeusæ vestibus pretiosis induti cum Borbonii viris concurrunt qui ferro teguntur ; acer fit tumultus ; Joyeusæ milites, etsi aulica gens, strenui tamen sunt ; sed mox profligantur, et Joyeusa ipse in media pugna interficitur. Pugnæ apud Vimori et apud Ulnellum quæ tanti fuerunt momenti tribus his versibus absolvuntur :

> Guise dans Vimori, d'une main plus heureuse,
> Vengea sur les Germains la perte de Joyeuse,
> Accabla dans Auneau mes alliés surpris.
>
> (*Henr. III* 233).

Pugnæ apud Ibriacum ratio, ordo et varii successus, pari incuria prætermittuntur. Enumeratis enim utrinque præcipuis ducibus, mentio fit concursus in quo trucidant et tru-

(1) Non rari sunt errores historici in Henriciade. Interfecto Henrico III multum abfuit ut Borbonius statim Lutetiam obsideret, ut narrat Voltairius (VI) ; sed diviso exercitu in tres partes Neustriam petiit. Tunc Borbonio non erant sex milia Britannorum. « Les Seize » non erant sedecim viri (IV) sed sedecim vici Urbis, etc.

cidantur. Prœlia singularia inter d'Ally ejusque filium, et inter Regem ducemque Egmundum non nihil spatii complent: Dicas rationem belli eamdem esse ac tempore Æneæ. Hujusmodi tamen prœlia non nisi ficta sunt ad Ibriacum : de d'Ailly nihil referunt historici; Egmundum in pugna cecidisse constat; utrum vero a rege percussum, nemo affirmavit, nisi Voltairius.

Præter pugnas conferri possent alia quæ ab historicis tradita sunt, v. g. comprehensi proceres senatus et in vinculis conjecti; sacerdotes et monachi armis induti decurrentes per urbem ; oppugnata tecta ante urbem a regio exercitu ; fames lacerans Parisios. Sed hæc longe alia ratione et ordine ab utroque poeta describuntur. Dicas Voltairium nullam curam gerere historiæ. « C'est un lambeau de l'histoire de Henri IV contre la Ligue. On y voit une ambassade sans importance, une bataille, les Etats de Paris, l'assaut, la famine, la conversion de Henri de Bourbon. L'ordonnance est faible et les parties sont mal reliées entre elles. Il n'y a point d'unité réelle, ni l'unité philosophique de l'histoire, ni l'unité poétique (1) . » « Souvent la Henriade n'a pas égalé l'histoire, elle est au-dessous des faits... Voltaire dédaigne et flétrit ces temps plutôt qu'il ne les décrit (2). »

Si nulla datur similitudo in his quæ ex historia sunt, fortasse dabitur aliqua in his quæ ficta sunt. Dæmones Lutetiados respondent doctrinæ Ecclesiæ et opinioni vulgi, malos esse spiritus variis formis animalium indutos, ex infero in terra exeuntes ut decipiant homines.

(1) Vinet : *Histoire de la Littérature française*, Paris, Sandoz, t. II, p. 17.
(2) Villemain : *Cours de Littérature française*, Paris, Didier, t. I, p. 182.

Novos dæmones excogitavit Voltairius vulgo minus notos, quos vituperarunt quod vita indigerent : « Le portrait du Fanatisme a plus de vigueur que celui de la Discorde ; mais c'est encore une abstraction décrite plutôt qu'une image sensible (1). » Insuper non sustinent easdem partes Thomæ et Voltairii dæmones : apud Thomam dissidia movent ut hæresim propagent ; apud Voltairium papam et sacerdotes afflant qui ruinam edant Galliæ. Non conveniunt nisi studio nocendi.

In Henriciade inveniuntur etiam somnia, legatio, prædictio futuri, nam Voltairius non minus quam Thomas Vergilium sequitur (2). Sed hæc diversa sunt in utroque carmine. In Henriciade Henricus IV mittitur legatus ad reginam Britanniæ, qui poscat opes Henrico III ; in Lutetiade legati a Guisio mittuntur ad regem Iberum qui fœderi sancto auxilium poscant. Si legendo percurres utramque legationem invenies eas nihil commune habere nisi ut a classica traditione adumbrentur. Prædictio futuri in Lutetiade fit a Deo ad cælicolas : in Henriciade legit ipse Henricus IV in æde Fati quid sit eventurum. Sed quæ futura sunt in utroque carmine nec eadem sunt nec eadem ratione et ordine exponuntur. Somnium Henrici III in Lutetiade, quo videt ille patrem instans periculum docentem, nulla via conferri potest cum somnio Henrici IV cælum et inferos invisentis. De somnio P. Clementis dicemus infra.

(1) Villemain, ibid. p. 178.

(2) Voltairius magis Vergilium sequitur quam Thomas. Elisabeth, regina Britanniæ tanquam alia Dido est. Henricus IV rediens a Britannia adest in tempore suis ab hostibus oppressis, sicut Æneas cum ab Evandro revertitur. Septimus liber Henriciados, in quo Henricus IV duce S.Ludovico cœlum inferosque ingreditur et in æde Fati quæ futura sint introspicit, est imitatio quædam sexti libri Æneidos ; sicut nonus,ubi de amoribus regis oratio fit,respondet quarto Æneidos.Discordia sanat Aumalidem a vulnere (*Lut.* IV) sicut Venus Æneam (*Æn.* XII. 411-425).

Propositum scriptoris Lutetiados longe aliud est ac Henriciados. Thomas nihil aliud intendit nisi ut res doceat sicut actæ sunt : res satis per se loquuntur nec ducit opus esse ut moneat legentem quid sentire debeat. Voltairius phisolophus est et causam dicendam habet. « La philosophie répandue dans la Henriade est la seule chose qui vienne naturellement au poète, qu'il sente et qu'il croie. Tout le reste, voyages, batailles, combats singuliers, exploits de héros, est pour lui une sorte de cérémonie épique dont il s'ennuie et qu'il abrège le plus qu'il peut (1). »

Novum errorem odit Thomas, quia fons fuit malorum Galliæ ; sed protestantes nec verbo nec obliqua insectatione lacessit. Christus et cælicolæ favent quidem rei catholicæ, nunquam vero protestantes inducuntur ut a dæmonibus acti. Apud Voltairium Discordia, Politica et omnes dæmones inferi sacerdotibus, papæ et fœderi sancto adsunt : omnium malorum causa sunt sacerdotes (2). « Il ne falloit pas affecter une inspiration qu'on ne sentait pas et faire une œuvre hypocrite. Encore moins fallait-il faire d'un poème sur la conversion de Henri IV une déclamation contre l'intolérance ou une satire contre le Saint-Siège. On s'y trompa si peu que la *Ligue* fut bientôt réimprimée à Genève, chez Jean *Mokpap*, nom d'emprunt qui caractérisait à merveille la véritable signification du poème.

(1) Villemain, ibid. p. 173.

(2) Que dis-je ? où sont ces temps, où sont ces jours prospères
Où j'ai vu les Français massacrés par leurs frères ?
C'était vous, Prêtres saints, qui conduisiez leurs bras ;
Coligny par vous seuls a reçu le trépas.

(*Henr.* IV 256)

Tout ou presque tout ce qui appartient à la sphère religieuse est pris au point de vue négatif. Les abus en religion, le fanatisme, l'intolérance, la superstition, voilà ce qui revient sans cesse :

C'est la religion dont le zèle inhumain
Met à tous les Français les armes à la main.

Excepté dans quelques vers accordés à la bienséance, la religion n'est guère présentée que comme une occasion ou une source de maux (1). »

Ex dictis jam apparet, si summam operis respicias, non aliam esse Henriciados cum Lutetiade nisi materiæ propinquitatem. Nunc nobis est inquirendum num aliqua loca inter se conferri possint in quibus Voltairius Thomam imitatus sit.

Dubio procul amat Thomas Guisium ut heroa et religionis defensorem, quem contra detestatur Voltairius ut fanatici furoris, ut aiebat, caput. Non aliter tamen Voltairius illius imaginem expressit ac Thomas.

On vit paraître Guise, et le Peuple inconstant
Tourna bientôt ses yeux vers cet astre éclatant :
Sa valeur, ses exploits, la gloire de son père,
Sa grâce, sa beauté, cet heureux don de plaire,

(1) Ut magis fœderatos catholicos læderet Voltairius inducit eos sacrificium facientes dæmonibus (l. V). Protestantes ut pios depingit, dum catholici Deum contemnunt. Confer inter se preces catholici Aumalidis et protestantis Turennii :

O Dieu ! cria Turenne, arbitre de mon Roi,
Descends, juge sa cause et combats avec moi ;
Le courage n'est rien sans ta main protectrice ;
J'attends peu de moi-même et tout de ta justice.
D'Aumale répondit : J'attends tout de mon bras ;
C'est de nous que dépend le destin des combats ;
En vain l'homme timide implore un Dieu suprême,
Tranquille au haut du ciel, il nous laisse à nous-mêmes ;
Le parti du plus juste est celui du vainqueur,
Et le Dieu de la guerre est sa seule valeur.

(*Henr.* X. 106.)

Qui, mieux que la vertu, sait régner sur les cœurs,
Attirait tous les vœux par des charmes vainqueurs.
Nul ne sut mieux que lui le grand art de séduire ;
Nul sur ses passions n'eut jamais plus d'empire,
Et ne sut mieux cacher, sous des dehors trompeurs,
Des plus vastes desseins les sombres profondeurs.
Altier, impérieux, mais souple et populaire,
Des peuples en public il plaignait la misère,
Détestait des impôts le fardeau rigoureux ;
Le pauvre allait le voir, et revenait heureux ;
Il savait prévenir la timide indigence,
Ses bienfaits dans Paris annonçaient sa présence :
Il se faisait aimer des grands qu'il haïssait ;
Terrible et sans retour alors qu'il offensait ;
Téméraire en ses vœux, sage en ses artifices,
Brillant par ses vertus, et même par ses vices,
Connaissant le péril et ne redoutant rien ;
Heureux guerrier, grand prince, et mauvais citoyen.
(*Henr.* III. 65-87.)

Si contuleris hanc Guisii imaginem cum illa quam descripsit Thomas (vide supra p. 89) easdem naturæ notas invenies in utraque : Ingens decus patris et propria merita, favorem et gratiam apud populum, eloquentiam et sollertiam, liberalitatem, fortitudinem. Sed has virtutes enumeravit etiam Thuanus (vide supra p. 90), quem potius imitatus est Voltairius ; videtur enim a Thuano sumpsisse quod apud Thomam non invenitur, « sa grâce, sa beauté », decoro vultu et incessu, et composita gestu dignitas (1) » ;

Nul ne sut mieux cacher sous des dehors trompeurs
Des plus vastes desseins les sombres profondeurs ;

« Summus dissimulandi et fallendi artifex et in commiscendis rebus varius mendacium mendacio adjuvabat. »

Il savait prévenir la timide indigence.

« obvia humanitas (1) » ;

(1) Thuani Historiæ, lib. 93. p. 376.

Téméraire en ses vœux, sage en ses artifices,

« vafrum et versatile ingenium (1) ».

Cum insuper Thuani Historiæ magis in manibus essent quam carmina Thomæ, credibile est Voltairium magis illum quam hunc pervolutavisse.

Uterque poeta urbem Lutetiam depinxit. Ratio Lutetiados hoc postulabat quasi necessario, non vero Henriciados. Hanc tamen descriptionem aggressus est Voltairius. Conferenti quid uterque de Lutetia dixerit, loca apparent quæ non ita sunt dissimilia.

Quæ modo præ cunctis celsum caput urbibus effert,
Et mundi decus, et rerum pulcherrima surgit,
Exigui quondam contenta Lutetia castri
Nomine erat. (*Lut.* V. 120-124.)

Voltairius etiam notavit Lutetiam, exiguum quondam castrum, ad ingentem molem crevisse.

Paris n'était pas tel en ces temps orageux
Qu'il paraît en nos jours aux Français trop heureux.
Cent forts qu'avaient bâtis la fureur et la crainte
Dans un moins vaste espace entouraient son enceinte.
(*Henr.* VI. 173.)

Sed vox « quondam » apud Thomam refertur ad tempora Franci, nepotis Æneæ, dum apud Voltairium « dans ces temps orageux » designat bella civilia.

Uterque notat artes ad ripas consedisse fluminis quod urbem interfluit.

Donec ad hanc crevit, quæ provocat æthera, molem ;
Et triplici medium flumen complectitur urbe.
Hic solium regni, Themidis domus, inclyta sedes
Musarum, Aoniis Phœbus quam prætulit antris.
(*Lut.* V. 138-141.)

(1) Ibid.

Du côté du couchant, près de ces bords fleuris,
Où la Seine serpente en fuyant de Paris,
Lieux aujourd'hui charmants, retraite aimable et pure,
Où triomphent les arts, où se plaît la nature...
(*Henr.* I. 67.)

Similitudo autem hic verbis quidem inest, non rebus ; nam descriptio apud Thomam refertur ad Lutetiam, et apud Voltairium ad pagum Sanctum-Clodoaldum.

Thomas commemorat tecta ante urbem fuisse tam ampla ut oppida videri possent, et « illa sub Auroram » Borbonium milite complevisse.

Ante urbem ad muros portis hærentia septem
Tecta amplis hinc inde viis numerosa coluntur,
Oppida quæ possint opibusque et mole videri.
Illa sub Auroram simul omnia milite partes
Diviso in varias invadit, et impete vasto
Rex superat... (*Lut.* IV. 493-498.)

Eorumdem tectorum ante urbem mentio fit in Henriciade :

Ces faubourgs aujourd'hui si pompeux et si grands
Que la main de la paix tient ouverts en tout temps,
D'une immense cité superbes avenues,
Où nos palais dorés se perdent dans les nues,
Etaient de longs hameaux d'un rempart entourés,
Par un fossé profond de Paris séparés.
Du côté du levant bientôt Bourbon s'avance :
Le voilà qui s'approche et la mort le devance.
(*Henr.* VI. 177.)

Si excipias autem « Du côté du levant bientôt Bourbon s'avance » cetera vel juris communis sunt, vel multum a Thomæ loco discrepant. Ex locis quæ appellavimus de descriptione Lutetiæ nihil aut fere nihil colligere possu-

mus, cum præsertim hæc loca inter se non contineantur nec ab eodem quidem libro proveniant.

Cum rex a monte Martis urbem telis concutit, id non ita dissimiliter dicitur ab utroque : Thomas videtur Voltairio periphrasis exemplar præbuisse.

> Ingentes ex ære tubos, tormenta metallis
> Apta cavis, Jovis horrificum referentia fulmen
> Montis in arce locat Martis de nomine dicti.
> Hinc quo terrificet cives, immensa pilarum
> Pondera contorquens temere jaculatur in urbem.
> (*Lut.* V. 303-307.)

> Cependant s'avançaient ces machines nouvelles
> Qui portaient dans leur sein la perte des rebelles,
> Et le fer et le feu volant de toutes parts
> De cent bouches d'airain foudroyaient leurs remparts.
> (*Henr.* V. 1.)

Sed Voltairius tormenta « ces machines nouvelles » a clade tantum quam injiciunt describit, Thomas vero tormentorum formam et fragorem insuper refert.

Eodem ordine Henrici III internecionem narrant. Primum depingunt conventum cujus pars Clemens erat, in quo degunt illi viri procul hominibus mente addicti Deo.

> Urbe virum conventus erat, quos cura sacrorum,
> Mensque addicta Deo, communia linquere vitæ
> Munera, opesque animo magno calcare caducas,
> Ac solos agere, et donato vivere jussit.
> (*Lut.* IV. 259-263.)

> L'église a de tout temps produit des solitaires
> Qui, rassemblés entre eux sous des règles sévères
> Et distingués en tout du reste des mortels,
> Se consacraient à Dieu par des vœux solennels.
> (*Henr.* V. 29.)

Apud Thomam decipitur Clemens noctu in somnis a diabolo qui formam angeli sumpsit ; apud Voltairium Guisius

ipse apparet Clementi datque gladium suum ad patrandum facinus. Nolumus inquirere cur hic gladius eunte opere culter fiat. Sed dæmoni Thomæ ut Clementi fidem faciat octo tantum versibus opus est, dum Voltairius ad idem perficiendum triginta utitur, addito quidem Judith exemplo et telis in religionem. Cursus vero orationis idem est : sed ex eodem cursu orationis parum sequitur, nisi forte utrumque poetam epicum spirasse.

Insaniebat sane vulgus cum, rege a Clemente interfecto, incredibili gaudio exultaret. Hoc vehementer doluit Thomas, hoc pariter Voltairius et, ut ita dicam, eodem vocis flexu.

Heu miseri, heu quantas ignari hoc funere clades
Ipsis fata parent ; Urbis quam pene ruina
Debeat, et Regni excidio cruor ille piari.
(*Lut.* IV. 325-328.)

Insensés qu'ils étaient ! ils ne découvraient pas
Les abîmes profonds qu'ils creusaient sous leurs pas.
Ils devaient bien plutôt, prévoyant leurs misères,
Changer ce vain triomphe en des larmes amères.
(*Henr.* V. 358.)

Sed P. Mathieu, ut jam vidimus (p. 60), hoc ipse doluerat, et ante Thomam quidem. Nihil ergo probat Voltairium hujus potius quam illius vestigiis hæsisse.

Cum in dubio essent res Borbonicæ, erigit Thomas ejus animum promisso Dei auxilio :

Pone metum, summo Princeps dilecte Tonanti
Pone metum : mediis te prospera fata periclis
Eripient ; ipsi te hostes, discrimina rerum
Ipsa manu ductum summa inter præmia sistent,
Et Gallo in solio, minime quod rere, locabunt.
(*Lut.* III. 13-19.)

Idem invenitur apud Voltairium :

Les œuvres des humains sont fragiles comme eux,
Dieu dissipe à son gré leurs desseins orgueilleux.
Lui seul est toujours stable. En vain notre malice
De sa sainte cité veut frapper l'édifice ;
. . . .
Ce Dieu vous a choisi. Sa main dans les combats
Au trône des Valois va conduire vos pas.
(*Henr*. I. 246.)

Hic magis apparet imitatio : sententiæ, motus orationis et adjuncta eadem sunt. Infirmat tamen illam quod quatuor versus Voltairii omisimus ut magis perspicuam faceremus.

Prœlium singulare ad muros Parisiorum describit Thomas, quod re ipsa commissum est. Sed unum hujusmodi prœlium Voltairio amplificationis studioso jam non sufficit, duo excogitat. De illo quod in media pugna ad Ibriacum finxit nihil dicemus, nisi id vel minime verisimile esse. Illud vero quod infra urbis mœnia commissum est, si contulerimus cum hoc quod descripsit Thomas, aliqua apparebit similitudo, quando pugnæ spectatores enumerantur.

Visendi studio pueri, juvenesque senesque
Conspicuæque nurus, matres teneræque puellæ
Mœnia et adversas complerant undique moles,
Turba immensa hominum cuneos imitata theatri.
Parte alia evectus castris admoverat agmen
Rex juxta, atque adstabat eques ; tum prodit in æquor
Applausu et studiis deductus uterque suorum,
Pugnacique invectus equo sese arduus infert.
(*Lut*. V. 332-339.)

Il dit : le Roi l'embrasse, et Turenne s'élance
Vers l'endroit où d'Aumale, avec impatience,
Attendait qu'à ses yeux un combattant parut.
Le peuple de Paris aux remparts accourut ;
Les soldats de Henri près de lui se rangèrent,
Sur les deux combattants tous les yeux s'attachèrent,
Chacun dans l'un des deux voyant son défenseur,
Du geste et de la voix excitait sa valeur.
(*Henr*. X. 58.)

Thomas vero, ut jam vidimus (p. 105), hoc prœlium Vergilio magistro descripsit : cur idem non fecisset Voltairius? Jam non longam enumerationem Thomæ usurpat, sed breviter dicit « le peuple de Paris ». Utrasque partes suo viro studiis favisse invenitur tum apud Vergilium tum apud P. Cayet (1).

Discordia et Politica Voltairii satis differunt a dæmonibus Thomæ. Uterque tamen notavit fœtorem immundum et ignem quem ore vomunt.

> Qualis ab Ætnæis prorumpit flamma cavernis
> Cum sonitu ingenti, tum sulphure teter adusto
> Manat odor ; par est facies et imago loquentis.
> Sic magno flammam ore vomit, sic spirat ad auras
> Fœtorem immundum, sic vocibus intonat istis.
> (*Lut.* III. 48-52.)

> Son haleine en cent lieux répand l'aridité ;
> Le fruit meurt en naissant dans son germe infecté ;
> Les épis renversés sur la terre languissent ;
> Le ciel s'en obscurcit, les astres en pâlissent ;
> Et la foudre en éclats, qui gronde sous ses pieds,
> Semble annoncer la mort aux peuples effrayés.
> (*Henr.* IV. 160.)

Sed fœtor et ignis proprii sunt dæmonibus in Scripturis : « De ore eorum prodit ignis et fumus » (*Apoc.* IX. 17.) « Et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum » (Ibid. XIV. 10.) « Et ascendet fœtor ejus, et ascendet putredo ejus, quia superbe egit » (*Jòel.* II. 20) (2).

Princeps dæmonum Lutetiados hortatur alios dæmones ut sese ad fraudes vertant, et omnia in Gallico solo misceant. Nec mora,

(1) Vide supra, p. 104.
(2) Cf. *Æn.* VI. 241.

Infernis sese latebris in Gallica promunt
Rura alacres, procerumque domos et Principis aulam
Obsidunt, captantque modum, tempusque nocendi.
Tempore nec longo male provida pectora vexant
Dissidiis odiisque novis, et fœdera ritus
Jurata in vetitos turbant, bellique tenorem.
(*Lut.* III. 97-102.)

Longum est omnia loca quarti libri Henriciados appellare ubi Discordia et Politica præscriptas has partes tum in Sorbonia, tum ad Meduanum, tum in templis, tum Romæ in Vaticano sustinent :

Allons que tes flambeaux rallument mon tonnerre ;
Commençons par la France à ravager la terre ;
Que ses superbes rois retombent dans mes fers,
(*Henr.* IV. 258.)

inquit Politica ad Discordiam. Conveniunt quidem inter se loca appellata de infestanda Gallia et Principis aula obsidenda : sed tam parva est convenientia, ut fortuita haberi possit.

Idem Deus est in utroque carmine qui sanctis et Angelis in Empyrio stipatus cuncta moderatur. Sed dum ejus commercia cum mortalibus apud Thomam per preces fiunt numinaque sua tantum in Empyrio sanctis nota facit, apud Voltairium fata seu per sanctos, seu per senem insulæ quo appellit Navarrus hominibus communicat. In Lutetiade Virgo Parens preces suas pro piis Parisiis ingeminat :

Aspice quæ populi pietas ! ut nulla salutis
Cura suæ, at veterum sacrorum maxima tangat !
Aspice ut immenso celebrent templa omnia cœtu,
Tabentesque fame, et tundentes pectora pacem
Implorent, veniamque suis, pater optime, culpis !
Illorum o tandem genitor miserere, precesque
Et gemitus placidas demitte benignus in aures.
(*Lut.* V. 471-477.)

Preces etiam S. Ludovicus pro populo et rege Henrico in Henriciade ad Deum fundit.

Père de l'univers, si tes yeux quelquefois
Honorent d'un regard les peuples et les rois,
Vois le peuple français à son Prince rebelle ;
S'il viole tes lois, c'est pour t'être fidelle.
Aveuglé par son zèle, il te désobéit,
Et pense te venger, alors qu'il te trahit.
. . . .
Ah ! si du grand Henri ton culte est ignoré
Par qui le Roi des rois veut-il être adoré ?
Daigne éclairer ce cœur, créé pour te connaître :
Donne à l'Eglise un fils, donne à la France un maître.
Des ligueurs obstinés confonds les vains projets ;
Rends les sujets au Prince, et le Prince aux sujets ;
Que tous les cœurs unis adorent ta justice
Et t'offrent dans Paris le même sacrifice. (*Henr.* X. 440.)

Hic populus jam non pius est, sed suis studiis deceptus speciem tantum pietatis habet. Sententiæ quidem differunt a sententiis Thomæ, sed motus orationis idem est. Si perpenderis eas preces eisdem temporibus et rerum adjunctis fuisse habitas, credes fortasse fieri posse ut Voltairius hic affectus Thomæ secutus fuerit ; nec contradicere voluerim.

Sed ne multis moremur, hanc ultimam afferamus comparationem Empyrii apud Thomam et apud Voltairium.

Est locus immenso assurgens super æthera tractu,
(Empyrium vocitant) flammis ac luce coruscus :
Compositus cui Sol ferrugine sordeat, et cui
Totus in exiguam molem se contrahat orbis.
Huc Patris æterni solium, et veneranda recessit
Majestas ; hic innumeræ vario ordine mentes
Circumstant Regem, diversaque munera curant.
Pars laudes sine fine canunt, dominumque potentem
Concelebrant ; pars assiduo volvenda rotatu
Sidera sortitæ, atque implexos orbibus orbes ;
Cura aliis hominum est, nec quisquam prodit in auras,
Custodem ex illis habeat quin protinus unam.

Ast aliæ imperium in gentes, et regna capessunt,
Justitiamque monent servare, et parcere victis.
(*Lut.* I. 154-167.)

Empyrium in media luce et astris, ubi cælicolæ circum Dei thronum stant et diversa curant munera, similiter depinxit Voltairius :

Au milieu des clartés d'un feu pur et durable,
Dieu mit avant les temps son trône inébranlable.
Le ciel est sous ses pieds ; de mille astres divers
Le cours toujours réglé l'annonce à l'univers.
La puissance, l'amour, avec l'intelligence,
Unis et divisés composent son essence.
Les saints, dans les douceurs d'une éternelle paix,
D'un torrent de plaisirs enivrés à jamais,
Pénétrés de sa gloire et remplis de lui-même,
Adorent à l'envi sa majesté suprême.
Devant lui sont ces Dieux, ces brûlants séraphins,
A qui de l'univers il commet les destins.
Il parle, et de la terre ils vont changer la face ;
Des puissances du siècle ils retranchent la race,
Tandis que les humains, vils jouets de l'erreur,
Des conseils éternels accusent la hauteur.
Ce sont eux dont la main frappant Rome asservie,
Aux fiers enfants du Nord a livré l'Italie,
L'Espagne aux Africains, Solime aux Ottomans.
Tout empire est tombé, tout peuple eut ses tyrans :
Mais cette impénétrable et juste Providence
Ne laisse pas toujours prospérer l'insolence ;
Quelquefois sa bonté, favorable aux humains,
Met le sceptre des rois dans d'innocentes mains.
(*Henr.* X. 414.)

Hæc cæli descriptio nihil novi habet : sic Deum in Empyrio esse cælicolis stipatum, qui variis fungantur muneribus docebant Scripturæ et nuntiabant sacri oratores. Sed eodem ordine et orationis motu referri vix poterat, quin Voltairius Thomam saltem legisset. Hic videtur longius circumduxisse descriptionem Thomæ, ita ut si hanc voluisset gallicis versibus transferre vix potuisset magis pedetentim sequi.

Ut quod diximus breviter contrahamus, Henricias et Lutetias easdem res et tempora celebrant ; sed alia est rerum dispositio et propositum. Fontes e quibus hausit Thomas, id est, scriptores historici, in manu Voltairii erant, sicut et Vergilius, quem uterque fingendo sequitur. Loca utriusque carminis quæ appellavimus, aliquid simile habent, sed non tam simile (si forte ultimum excipias), ut certo colligere liceat cum Eusebio Castaigne, Voltairium in Henriciade plurima loca Lutetiados imitatum esse. Hæc similitudo in rebus quæ sunt fere juris communis seu aliunde optime notis non multum probat. Si intimis his externæ accederent probationes, jam affirmare non dubitaremus : Sed frustra tales inquisivimus tum in operibus Voltairii, qui Thomam ne citat quidem, tum apud eos qui de Henriciade scripserunt. Carmina Thomæ erant in Bibliotheca regia (1) ; fieri omnino potest ut ea legerit Voltairius, et aliquid ex eis, quantulum id cumque est, desumpserit : sed id perspectum exploratumque non habemus. Si Eusebius Castaigne res attentius perpendisset, profecto non tam expresse affirmavisset.

(1) Ye. 8.698.

CONCLUSIO

Magnum poetam fuisse Thomam nostrum prædicare noluerim : pro epico enim carmine non satis magnum spirat. Accurate et pellucide sed frigide narrat. Non sine laude tamen historiam sui temporis in quinque carminis libris ita ex ordine scripsit ut dicere liceat : « Nec facundia, nec lucidus ordo hunc deseruit. » Lutetias naturale epos quodam modo dici potest, quippe quod rerum et temporum fidelem imaginem ingenue et sine fuco reddat, sed vestigiis antiquitatis et lingua fictitium omnino est. Voluptati vero est id legere, nam gallicum spirat et sermonis latini pulchrum specimen præbet.

Mirum est Thomam, qui tot carmina nec incondita scripsit et pluries edidit, tam parvi nominis fuisse sæculo XVII, ut æquales ne ejus quidem mentionem fecerint. Baillet (1) in recensendis scriptoribus latinis illius tempestatis eum prætermittit. Qui celeber evasisset pacificus civis Engolismensis, qui provinciam semper coluit? Ejus nepos, Paulus Thomas « sieur de Girac », qui contumelias cum Costare commutavit, majorem laudem adeptus est; sed scribebat gallice. Tardius noster advenerat pro latino scriptore, post renovatas litteras : gallicis litteris jam latinæ cedebant.

(1) Baillet : *Jugement des savants sur les principaux ouvrages des auteurs.* Paris, 1685.

Dignus tamen sane erat Thomas qui e silentio et tenebris proferretur : inter eos enim locum amplum obtinet, qui XVI et XVII sæculo litteras latinas coluerunt. Nobis satis fuerit si doctorum virorum oculos in eum convertere et aliquid fortasse ad historiam latinarum litterarum in Gallia conferre potuerimus.

APPENDIX

TESTAMENT HOLOGRAPHE

Ubi manus est holographa falsum dici non potest.
(D. AMBROSIUS, *in Epistolam ad Galatas.*)

Au nom du pere du fils et du sainct esprit. Amen. Je Paul Thomas cy devant conseiller au siege præsidial d'Angoulmois, estant par la grace de Dieu en sante de corps et desprit, et me desirant præparer a une bonne fin et, lors qu'il plaira a la divine bonte faire son plaisir de moy, estre libre et delivre de tout autre soing que celuy de ma conscience, jay faict et fai mon testament et disposition de derniere volonte en la forme et maniere qui sensuit. Et premierement je propose, moienant la grace divine, vivre et mourir en la foy et union de la Saincte Eglise Catholique, Apostolique et Romaine, detestant tous erreurs contraires et croiant fermement que la nacelle de Sainct Pierre est la seule par laquelle tout bon chrestien puisse heureusement surgir au port assure du ciel, auquel je suplie le Pere æternel par son fils bien aime nostre Sauveur Jesus Christ et par les intercessions de la benite Vierge Marie de mon ange gardien et de tous les saincts et sainctes du paradis, vouloir admettre et recevoir mon ame repurgee de tous vices et peches a lheure de mon trespas, pour luy rendre, en la compagnie de ses Esleus, louanges et actions de graces immorteles. Et pour le regard de mon corps, je veus quil soit inhume et mis en terre en l'œglise de nostre dame de la Paine de la presente ville, es sepultures fondees en icelle coniointement par feu Jehan Thomas, escuier, sieur de Sainct Simon, mon frere, et par moy-approuvant et confirmant le contract de ladi fondation et de deux messes y mentionnees par chacune sepmaine, par nous passe et accorde par devant Cherade, notaire royal, et omologue par Monsieur L'Evesque d'Angoulesme,

en Lannee mil six cents trente ungeme, remetant de mes obseques et funerailles a la volonte de mes heritiers et donataires generaux, voulant neanmoins estres par eux baille et distribue aux pauvres de la presente ville et fauxbours, le jour de mon enterrement ou le lendemain, la somme de cinquante livres: Scavoir aux pauvres mendiants et a chacun d'iceux douze deniers et le surplus aux pauvres honteux, Et pareille somme de cinquante livres tant a la quarantaine que bout de lan ; et en oultre veuls et ordonne estre baille et ausmonne auxdi pauvres, par chacun an a perpetuite, au jour et feste de Sainct Thomas Apostres, Le nombre de douze boceaux mesture, mesure d'Angoulesme, reduite en pain par celui de mes heritiers et donataires generaux auquel demeurera ma mestairie sise au village Grelet, paroisse sainct Ausony, pres ladi ville d'Angoulesme, Laquelle mestairie et fruit dicelle jay specialement affecte et hypotheque a la prestation et paiement annuel et perpetuel desdi douze boceaux mesture. Et d'autant que mes biens meubles et immeubles consistent scavoir mesdi immeubles en ladi mestairie du village de Grelet et mes meubles principalement en mes livres et bibliotheque, plus en la somme de huict mille livres portee par obligation du sixyesme Aougt mil six cents vingt six, recue par Godet et Gibaud notaires royaux, a moy dhue par Paul et Jehan Thomas, escuier, sieurs des Maisonnetes et des Bretonnieres, conseillers du roy au present siege presidial, comme enfants et heritiers de mondi feu frere. Plus en la somme de dix neuf cents livres aussi a moy par eux dhues audi nom, et portees par trois cedules de mondi feu frere des huict decembre mil six cents vingt cinq, vingt cinq Janvier six cents vingt six, et onze avril six cents vingt sept. Plus en la somme de seze cents livres d'une part et douze cents livres d'aultres, a moy dhues par mon dit nepveu des Bretonnieres, par deux obligations recues par Cherade, notaire royal, des trois et six Novembre mil six cents trente quatre. Et encore, en la somme de deux mil cinq cents livres, que mondi nepveu des Bre-

tonnieres maurait recogneu debvoir par devant ledi Cherade, par obligation du vingt deux dudi mois de novembre audi an, pour ce est-il que desirant tester et disposer de tous mesdi biens et revoquant tous aultres precedents testaments que je pourrais avoir faicts, je donne et legue auxdi Paul et Jehan Thomas mes nepveus et a chacun d'eux pour une moitie toutes les susdi sommes de deniers et livres de ma bibliotheque, ensemble mes autres meubles presents et futurs quelconques, fors et excepte ceux dont jay cy devant dispose par donation entre vifs, voulant et ordonnant que tout ce quils amenderont et profiteront de mes biens et succession, tant en meubles que immeubles, soit cense et repute de nature de bien propre et patrimonial, tant a eux que a leurs enfants, sans quil en entre rien en la communaute d'entre eux et leurs femmes espouses. Et leur a este ledi don et legat cy dessus par moy faict, a la charge dexequuter de point en point mon present testament et derniere disposition, et de paier et acquiter chacun pour une moitie les legats cy apres declares. Et en cas quil y soit contrevenu par lun d'eux, je veuls et ordonne quil paie de ses propres deniers a laultre qui vouldra entretenir mon dit testament, la somme de deux milles livres. Et premierement je donne et legue aux monasteres des peres Capucins et Minimes de la presente ville, et a chacun diceux, la somme de cent cinquante livres pour estre employees en lachapt des œuvres escrites des antiens peres de l'Eglise qui manqueront en leurs bibliotheques. Plus je donne et legue a maistre Daniel Thomas, mon arriere nepveu, advocat au present siege presidial, la somme de cinq cents livres, y compris deux cents soixante livres quil me doibt par deux cedules que je veuls luy estre rendues. Plus aux enfants de feu Renee Thomas ma niepce, et femme quand vivoit de Estiene Brisson du bourg de Triac et au survivant d'eux, la somme de trois cents livres, ensemble celle de trente livres a moy dhues par cedule dudi Brisson du septiesme febvrier mil six cents quinze, pour estre lesdi sommes employees en

achapt de biens immeubles par ladvis de mesdi nepveus des Maisonnetes et des Bretonnieres, et lesdi immeubles censes le bien propre et patrimonial desdi Brissons enfants, auxquels jusques audi employ sera faict interest desdi sommes a raison du denier vingt. Plus je donne et legue a Jacques Martin fils de Anne Thomas aussi ma niepce, pareille somme de trois cents livres, pour aider a luy avoir un office de notaire royal ou de procureur au present siege presidial, lequel don luy est par moy faict en cas et non aultrement quil persevere en la foy et religion Catholique Apostolique et Romaine de laquelle il a commence faire profession publique. Et en cas quil retourne a lheresie, je veuls que mesdi nepveux des Maisonnetes et des Bretonnieres reportent ladi somme sur tous et chacuns ses biens et jusques a l'employ dicelle aux fins que desus, et la luy en feront ranthe et interest par chacun an, a raison du denier vingt. Comme aussi au mesme cas de perseverance en ladi foy Catholique Je quite et remets audi Marthin les sommes de deniers que jay paie a sa descharge au sieur Bernard procureur, pour sa pension, et que je pourray paier cy apres. Et pour le regard de madi mestairie du village de Grelet, ne jugeant pas a propos quelle soit partagee, je la donne et legue entierement audi Jehan Thomas, sieur des Bretonnieres, avec ses apartenances, terres labourables, chaulmes, pascages, pres, bois taillis, et de haulte fuste, betail gros et menu, charrete, maisons et batiments, sans rien reserver, fors et excepte la grande maison proche de la basse court de ladi mestairie avec ses praeclaustures et lappend jougnant a laire que jay cy devant transporte en eschange audi Jehan Thomas, auquel jay faict et fay le susdi don et legat de madi mestairie, aux charges et conditions qui s'ensuivent : et en premier lieu de bailler et paier a sondi frere, Paul Thomas, la somme de neuf cents livres en deniers ou ranthes constituees bonnes et exigibles, et ce tant pour son droit de legitime en ladi mestairie que pour le recompenser de la moitie de la ranthe directe qu'il a sur la prinse dudi village de Grelet de la moitie de

quinze livres de ranthes sur ladi mestairie, et de la rhante noble de six deniers a luy donnee par son defunct pere sur la maison dudit Jehan Thomas sise en la presente ville. Desquelles ranthes il sera tenu faire cession et transport a son di frere lors du paiement de ladi somme de neuf cents livres. Plus je charge le sieur des Bretonnieres bailler et paier a Jehan Thomas . . . . a Jarnac, mon nepveu, la somme de trois cents cinquante livres et pareille somme a chascune de mes niepces, Marguerite, Marie, Anne, Isabel et Judict Thomas, pour leur droit de legitime en ladi mestairie. Ladi Marguerite femme de François de Paris, escuier, sieur de l'Espineuil, a laquelle, oultre et pardessus ladi somme de trois cents cinquante livres, je donne et legue la somme de cent cinquante livres, a moy dhue par cedule de sondi mari, a la charge que lesdi sommes nentreront en leur communaute, Ains seront censees le bien propre et patrimonial delle et des siens de son estoc et ligue. Je veuls et entends que mon nepveu, des Bretonnieres, soit seul charge de la praestation annuelle et perpetuelle et reduction en pain du susdi nombre de douze boceaus mesture, par moy cy dessus leguee aux pauvres. Et daultant que sa maison est inconmode pour faire la distribution dudi pain, Je prie et charge mon nepveu des Maisonnete de soufrir qu'elle se fasse perpetuellement en sa basse court de son hostel noble, acquis des Sieurs Desrivaulx, et estant tres rassure que mondi nepveu des Bretonnieres ne manquera, pendant son vivant, de fournir et distribuer aux pauvres, par chacun an, au jour de Sainct Thomas Apostre, le susdit nombre de bled reduit en pain, je le prie et charge de pourvoir quapres son deces le mesme soit faict et continue par celui ou ceux de ses enfants heritiers et successeurs quelconques, auxquels ladi mestairie parviendra. Et pour plus grande assurance de la continuation perpetuelle de la susdi ausmonne, attendu que le droit de patronage de la Chapelle fondee par mon defunct frere et par moy en leglise de Nostre Dame de la Paine doit apartenir apres mon deces,

a mondi nepveu, Thomas des Maisonnetes, et aux aisnes de ses enfants successivement, je veuls et ordonne que le legat de ladi ausmosne soit joinct et annexe audi droit de patronage, et establis et constitue mondi nepveu et ses successeurs, patrons de ladi Chapelle, Les exequuteurs en ce regard de ma derniere volonte pour veiller et sougner quelle ne soit frustree a ladvenir, et a cette fin leur donné pouvoir d'user de saisie et arrest sur les fruits de ladi mestairie, en cas de discontinuation de ladi aumosnne a chacun jour et feste de Sainct Thomas Apostre. Enfin considerant avec deplaisir que en deux impressions de mes poesies latines que jay faict faire cy devant il est intervenu plusieurs faultes, Je charge mesdi nepveus des Maisonnetes et des Bretonnieres de les faire reimprimer en beaux characteres le plus correctement que faire se pourra, scaveoir ledit des Maisonnetes deux ou trois ans apres mon deces, et ledi des Bretonnieres une aultre fois douze ou quinze ans apres limpression de sondi frere (1), Le tout sur deux exemplaires de la derniere mienne impression par moy revue agmentee et corrigee, qui la trouveront entre mes papiers. Et desdi deux impressions qui seront faictes a leurs frais et diligence, ils garderont sougneusement en leurs bibliotheques ung bon nombre des exemplaires, pour y estre conserves a la posterite. Et. . . . . . de mon present testament et dernieres volontes escripte et signee de ma propre main, jay oblige et hypotheque tous mes biens presents et futurs. A Angoulesme le second jour de janvier de l'an de grace 1635.

P. THOMAS, Testateur susdi.

(1) Des Maisonnetes hæc carmina edidit anno 1610; sed des Bretonnieres patrui mandato non obtemperavit; nullam saltem novimus editionem post annum 1640.

APPENDIX TESTAMENTI HOLOGRAPHI

D. O. M.

PAULI THOMÆ EPITHAPHIUM (1)

IPSO AUTHORE

Post acta vitæ lustra bis septem hic situs
Summæ, viator, buccinæ sonum moror,
Tunc excitandus : Interim salve ac vale :
Deoque pro me ne brevem nega precem.

Aliud.

Vitam egi cælebs, sed non sine prole relinquor ;
Est mihi nata, vocat fama Lutetiadem.

Aliud.

Culpis onustus moleque gravi criminum
Horresco pœnas debitas : Christe, has tuis
Indebitis solve et salutifera cruce.
Fracta est caduci machina hæc corpusculi,
Animusque migrans alteram quærit domum,
Quam sempiternam da, precor, cœlo, Deus.

Aliud.

O vitæ portus Christi, crux, suscipe servum,
Inter eum medians, judiciumque Dei.

Oratio.

Obsecro Domine Jesu ut me pisciculum tuum renatum in aquis baptismi, et inescatum sancto corpore tuo,

(1) Ad testamentum quod die secunda Januarii conscripserat hoc epitaphium appendicem die quinta maii 1635 adjecit.

hamo latentis divinitatis in littus supremum extrahere digneris, ad misericordias tuas, et Patris, et Spiritus Sancti in æternum cantandas. Amen.

Obiit die mensis anno salutis . Legavit pauperibus huius urbis duodecim modios frumenti mixtim et hordei erogandos in pane per singulos annos die sancti Thomæ Apostoli, et percipiendos ex fructibus villæ et fundi sui suburbani siti in viculo dicto Grelet in parrochia Sancti Ausonii.

Omnia supra scripta marmoreæ tabuleæ uncialibus literis insculpi, ipsamque tabulam ad sepulcrum meum parieti inseri et affigi a Paulo et Joanne Thomasiis fratribus curiæ præsidialis hujus urbis consiliariis, et nepotibus præcipuisque hæredibus meis mando. Scriptum Engolismæ die primo Maii anno salutis 1635.

P. Thomas.

Vidi ac perlegi,

Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona,

a. d. III Non. mart. ann. MDCCCXCVIII

Facultatis Litterarum in Universitate Parisiensi Deca nus.

A. Himly.

Typis Mandetur

Academiæ Parisiensis Rector.

GRÉARD.

INDEX

ERRATA

Pagina	21,	linea	7,	*loco*	gradum,	*lege*	graduum.
Pagina	35,	linea	11,	*loco*	accinguntur,	*lege*	accingantur.
Pagina	40,	linea	16,	*loco*	conferamus,	*lege*	conferemus.
Pagina	43,	linea	18,	*loco*	stenuntur,	*lege*	sternuntur.
Pagina	48,	linea	24,	*loco*	præsidariis,	*lege*	præsidiariis.
Pagina	56,	linea	2,	*loco*	suvehat,	*lege*	subvehat.
Pagina	84,	linea	17,	*loco*	mesme.	*lege*	même.
Pagina	97,	linea	26,	*loco*	ære,	*lege*	aere.
Pagina	107,	linea	20,	*loco*	cabillionum,	*lege*	cabillonum.
Pagina	117,	linea	10,	*loco*	afferi,	*lege*	afferri.
Pagina	137,	linea	10,	*loco*	sorbonia,	*lege*	sorbona.
Pagina	140,	linea	12,	*loco*	mulum,	*lege*	multum.

Parisiis, Typis D. Fontaine, 40, rue La Fontaine, MDCCCXCVIII.